



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





1-1-11


8⁰⁰

B.S.

G. 250.







IOH. FRIDER. FISCHERI
ANIMADVERSIONVM

AD
IAC. VELLERI

GRAMMATICAM GRAECAM

SPECIMINIS TERTII PARS POSTERIOR

EDIDIT

CHRISTIANVS THEOPHILVS KVINOEL

PHIL. PROF. LIPS.



LIPSIÆ

SVMTV CASP. FRITSCHII

A. C. MDCCCXI



P R A E F A T I O.

Absoluta iam, animaduersionum Fischeri ad Welleri Grammaticam Graecam, parte vltima; vt lectores facilius et accuratius iudicare possent de opera nostra, quam in hunc libellum contulimus, prius quam eum ipsum legere ac pertractare instituerent; faciendum putauimus, vt pauca quaedam praefaremur. Scilicet priorem huius libelli partem, vsque ad praecepta, quae de vsu praepositionis *εις* a nobis data sunt, Affinis noster ita elaborauerat, vt obseruationes ipsius ordinandae tantum, et arctiori passim vinculo connectendae essent. Sed inde ab hoc capite vberiores viri doctissimi obseruationes deerant; notarat tantum in margine exemplaris sui modo plures, modo pauciores scriptorum veterum locos; quorum verba interdum quoque,

quoque, rarius tamen, adscripta erant; ut adeo pars huius libelli posterior a nobis proprio Marte perpolienda ac perficienda esset. Illos igitur scriptorum locos in margine notatos, Fischeri animadversionibus ante hos quinquaginta annos conscriptis inseruimus; in locis vero e Xenophontis Cyropaedia, et Aristophanis Pluto desumptis, commentarios viri summi qui ad manus erant, et propediem in vulgus emittentur, consulimus, atque ex his fontibus explicationes et emendationes plures hausimus, quas a Fischeri manu profectas esse, religiose semper indicauimus. Quod vero nostras observationes attinet, quibus praecepta Welleri confirmare et illustrare, atque Praeceptoris nostri animadversiones locupletare et adaugere conati sumus, in iis componendis, breuitatis semper cum maxime studiosi fuimus, ita, ut praecepta et regulas, quae in aliis libris docte, diligenter, et copiosius expositae reperirentur, praeteriremus, atque lectores ad hos ipsos libros remitteremus; praeceptiones vero a nobis datas, confirmaremus.

aucto-

auctoritate grammaticorum veterum, et testimoniis scriptorum non admodum multis, idoneis tamen et certis; ac liquido confirmare possumus, nos omnes libros a nobis laudatos, ipsos inspe- xisse. Caput de re Graecorum poëtica, integrum retinuimus, et paucas tantum notulas passim adiecimus, ne libelli modus temere cresceret, praesertim cum vel nostra aetate hoc argumentum plures accurate satis pertractarint; cumque sciremus, has ipsas ob causas etiam Affinem nostrum, si ei hoc opus absolvere licuisset, non nouis accessionibus hoc caput locupletaturum fuisse. Indices denique verborum formularumque Graecarum, et locorum scriptorum veterum in hoc opere vel emendatorum vel illustratorum, adiecimus locupletissimos, ut desiderii multorum satisfaceremus; ut haec harum animaduersionum editio quam vtilissima reperiretur omnibus earum consultoribus. Caeterum vti nihil ardentius optamus, quam ut haec Fischeri opera quam plurimum conferat ad literarum Graecarum amorem in animis puerorum adolef-

adoleſcentiumque liberalium excitandum et alendum: ita quoque viros doctos et intelligentes, quos non fugiant difficultates et moleſtiae cum eiusmodi labore coniunctae, etiam atque etiam rogamus, vt ſi quid forte a nobis peccatum fuerit, id noſtrae in defunctum pietati, noſtraeque de literis Graecis bene merendi voluntati, benigne condonare velint.

Scrib. Lipſiae d. XXVII Febr. MDCCLXXVII.

Q. B. V.
ANIMADVERSIONVM
A D
GRAMMATICAM GRAECAM
IAC. VELLERI
SPECIMEN TERTIVM.

PARS POSTERIOR.

Ad p. 232. *nominibus loci [propriis] — et appellatiuis*
Praepositiones illae sunt fere praepositiones *εις* et *ἐν*
ντ, ἀγοράζειν -- ξένοις -- *εις* Βυζάντιον ἐπιστάλματα -- Λα-
κωνικὰς κύνας *εις* Κύζικον -- μέλι Ὑμήττιον *εις* Ρόδον,
Theophr. Charr. 5, 3.: τὸν ἀργυρον ἔσπειρε ἀπὸ τῆ
τείχεος *ἐς* τὸν Στρυμόνα Herodo. 7, 107.: αὐτὸς ἐπο-
ρεύετο -- *ἐς* τὸν Ἐλλάσποντον Id. 8, 115.: *εις* πόλιν
ἐλθόντα, et *εις* παλαίστραν φοιτήσας Plato Gorg. 11,
p. 53. 55.: *εις* ἄστυ καταβαίνων Theophr. Charr. 4, 4.:
ἐν Βαλανεΐῳ -- ἄστυ Id. ib.: τὸ πείθειν -- *ἐν* δικαστη-
ρίῳ δικασὰς -- *ἐν* βελευτηρίῳ βελευτὰς, Plato Gorg.
7. p. 43.: *ἐν* Λακεδαίμονι σιδηρῶ σαθμῶ νομίζουσι --
ἐν δὲ τῇ Αἰθιοπία λίθοις -- χρωῶνται, Aeschin. Socr. 2,
24. Sed hae tamen praepositiones omitti saepenumero
solent: vt δωδεκέτης ἦλθον Ῥώμην Gruter. Inscriptt. p.
1118. 8. 5.: πάρος ἢν γαῖαν ἰκέσθαι Hom. Odyf. α,
21.: ὁ δ' Ἄργος ἐλθὼν Eurip. Phoenn. 77. add. ib. 5.:
Ἰσθμὸν -- Κιμμερικὸν ἦξεις Aeschyl. Prom. 728. f.
Ἰαόνων γῆν οἴχεται Id. Persf. 178.: γῆν μολόντες Ἐλ-
λάδ' Id. ib. 811.: ἠπειρον ἦξεις Ἀσιάδ' Id. Prom. 734.
ἦξεις -- ποταμὸν Id. ib. 716.: τηλερον -- γῆν ἦξεις
Pars IV. A Id.

Id. ib. 806. f. ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται Id. Persf. 15.:
 ἠγείσθε βωμὰς ἀστυκὰς, θεῶν ἑδρας, Id. Suppl. 510.
 ἴκοντο — πέτραι Pind. Olympion. 6, 109. add. 8, 62.
 Pythion. 4, 210. 5, 68. 70. πωτῶνται — Ὀζον ἀπ'
 ὄζου Theocr. Idyl. 15, 122.: ἐλεφάντινον ὤχετο διφρον
 Id. 24, 99. Conf. Reizius ad Lucian. Philop. 3. p. 558.
 To. 3.: Obseruatt. miscell. Vol. 5. p. 278. f. Reiskius
 ad Theocr. Idyl. 13, 66. p. 220. f. Graecos hoc quo-
 que in genere duces secuti sunt Latini vt, *Italiam —*
Lauinaque venit litora Virgil. Aen. 1, 2.: *nusquam in-*
uenies fulgere Canopum, Donec Niliacas per pontum ve-
neris oras, Manil. Astron. 1, 217. f. *Alexander regio-*
nem, quae castra Cyri appellatur, peruenerat, Curt. 3,
 4. 1. et ibi Snackenb.: *delatus Ciliciam*, vt in Cod.
 Leid. 2. legitur, Nep. V. Datam. 4, 4. et ibi Staue-
 renius. Graeci autem etiam hoc constructionis ver-
 borum genus accepisse videntur ab Hebraeis. Hi enim
 sic, non modo praepositionem ᾱ omittere saepe solent,
 sed etiam terminationem η̄, motus ad locum indicem.
 v. Exod. 19, 1. 2 Sam. 5, 25. 1 Regg. 3, 15. 19, 3.
 Sed aequae saepe Graeci hoc in genere abesse iubent
 praepositionem ἐν vt, *ση̄ δὲ μέση ἀγορῆ* Hom. Odyf.
 β', 37. *αἰθέρι ναίων* Hesiod. *Ἔργ.* 18. v. Schraderus
 animaduersf. ad Musaeum c. 16. p. 276.: qui Latino-
 rum quoque poetarum locos hanc in rem plures attulit.
 Caeterum in editt. Lips. primis legitur: *Nominibus loci*
Graeci addunt praepositiones, sicut et appellatiuis: vt,
γλαῦκας εἰς Ἀθήνας ποδῆτας Athenas: sed in Belgicis
addita sunt verba, Cic. IX. ad Famil. Aristophanes, τὶ
γλαῦκ' Ἀθήνας ἤγαγε.

Plurima efferunt — per coniunctiuum] Vid. Vigerus
 de Idiom. L. Gr. 5, 2. 1—5. Sic τότε εἰπέ — πό-
 θεν εἰς ἀνδρῶν — ὅπως δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δὲ
 σε ναῦται ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι εὐχετῶν-
 ται Hom. Odyf. α'. 169. Is.: μέμνησ', ὅποιον φῶτι τὴν
 χάριν δίδως; Soph. Ai. 1372.: αὐτὸς οἶδα, οἷος ἦν,
 Xen.

Xen. Cyrop. 4, 1. 2.: εὐὰν ἐμπεδῶσιν, ἃ λέγουσιν, Id. ib. 4, 2. 4.: vbi cod. Guelf. habet λέγουσιν ἡρώτα ὃ, τι ἐπραξαν — ἐπυθάνετο — πρόσην ὁδὸν διήλασαν Id. 4, 4. 1. add. 4, 1. 2. 5, 22. 5, 3. 17. 5, 4. 5. 10. 6, 1. 2. 6, 3. 8. 7, 5. 18. Isocrat. Panath. p. 301. T. 2. προειρηκῶς δ' ἦν αὐτοῖς, ἐφ' ἃ συνελθηλυθότες ἦσαν. In exemplis Lips. primis, et Belgicis legitur: *Plurima efferunt — per Coniunctiuum*: vt, ἀγνοῶ, εἰ ἦλθεν *nescio num (venit) venerit*: οὐκ οἶδα, τί πεποίηκεν *nescio, quid (fecit) fecerit*: ἡ δὲ κάμηλος — *Aristot.* Plura quae huc pertinent, repeti ex eo loco possunt, quo de vsu, et consecutione temporum modi cuiusque expositum est.

optatiuus saepe ponitur — ad indicatiuum ferebat } Scilicet e ratione Latinorum. Gregor. p. 23. τὸ λέγειν εὐκτικὰ ἀντὶ ὀριστικῶν Ἀττικὸν ἐστὶν ὡς ὁ Θεκυδίδης [1, 50] τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἰλικον ἀναδέμενοι τῶν νεῶν, αἷς καταδύσειαν ἀντὶ τῆς κατέδυον [vt schol. Thuc. Ἀττικῶς, ὡν κατέδυον] καὶ ὁ Μεταφράσης ἐπεὶ δὲ ταῦτα πύθοιτο Μαξιμίνοσ ἀντὶ τῆς ἠκασεν. Theophr. charr. 23, 2. ἐν τῇ σιτοδείᾳ ὡς πλείω, ἢ πέντε, τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα. Sic apud Aelian. H. V. 11, 9. σεαυτῷ δὲ πρίω καπηλεῖον, ἐν ᾧ καταζήσεις, pro καταζήσεις Perizonius Iensio assentiebatur, rescribendum esse καταζήσεις. Vir vero doctus Obseruatt. miscell. Vol. 3. p. 239. non eget locus, inquit, emendatione: non solum futura, sed etiam alia tempora, indicatiui pro optatiuo poni, docent Budaeus in Commentarr. L. Gr. p. 949. Et H. Stephanus in Appendice ad scripta de dialectis p. 173. At nec hac defensionis ratione opus habet communis omnium librorum Aeliani scriptura: immo futurum indicatiui exprimit illo loco praesens Lat. coniuuctiui, ita, vt continuatio rei significetur: de qua eius vi vid. animaduers. P. 2. p. 263. Caeterum vsus illum optatiui debuisse videntur Attici singulari suo modestiae, atque vrbauitatis, studio. Exempla

Lipff. prima, et Belgica, habent: *Optativus saepe ponitur pro indicativo, et Atticorum proprium est, uti optativis, ubi natura ad indicativum ferebat, ut ait Budaeus: ut ἔλεγεσ γὰρ, ὅτι Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν αἰδῶν, πέμψεε τοῖς ἀνθρώποις dixisti enim a Ioue iustitiam, et verecundiam, missam. Plato.*

Graeci frequentissime circumloquuntur — et participium] Vid. Spanhem. ad Arist. Plut. 35. Rann. 36. Georgius Hierocr. 1. p. 22. Abreschius auctar. Thucyd. p. 317. Reizius ad Lucian. p. 599. To. 2., et Belga Graeciff. p. 482. f.: Palaeretus ad Matth. 19, 22. Scilicet Graeci, imprimisque Attici; vnde a grammaticis veteribus dicitur σύνταξις Ἀττικὴ v. Phauor. v. λέξαις τύχη et v. πειρῶν τύχη cum loquuntur de iis, quae sunt certa et necessaria, quae fiunt necessario et consulto: adiungere solent fere tempora finita verborum εἶναι et γίνεσθαι participiis aliorum verborum: ut εἰ ἔσιν τῆτο οὕτως ἔχον Plato Cratyl. 40. p. 81. ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχοντ' ἐσὶν Demosth. p. 853. To. 2.: sed in Cratylo Platonis tribus versibus post leguntur verba: εἰ δὲ τῆτο οὕτως ἔχει Herodo. 3, 133. ὅσα αἰσχύνην ἐσὶ φέροντα Id. 1, 57. ἦντινα — γλώσσαν ἴεσαν sed paulo post, ἦσαν — βάρβαρον γλώσσαν ἴεντες Pindar. Nemm. 10. 33. f.: Ἥβα — παρὰ μητέρι βαίνοισ' ἐσὶ Herodo. 3, 99. ὁ δὲ ἀπαρνεόμενός ἐστι Soph. Aiac. 1338. Οὐ γὰρ κλύοντες ἐσμὲν αἰσχίσεις λόγους Thucyd. 1, 38. εἰ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκοντες ἐσμὲν quibus verbis opponuntur verba, ἀν ἀπαρέσκοιμεν. Soph. Philoct. 433. μέγα θάλλοντές εἰσι νῦν. Herodo. 3, 102. ἐπὶ τὸν χρυσὸν σελλόμενοι εἰσὶ οὗτοι. Id. 5, 124. ὡς ἄμεινον σφι εἶη χρυσφύγετόν τι ὑπάρχον εἶναι. Id. 7, 71. Λίβυες δὲ σκευὴν μὲν σκυτίνην ἔσαν ἔχοντες. Soph. Ai. 1342. δρῶν γὰρ ἦν τοιαῦτά με. Herodo. 6, 128. τοῖσι Κυψελίδησι ἦν προσήκων. Thuc. 1, 1. ἀκμάζοντες — ἦσαν. Arist. Plut. 868. ἐσὶν ἐξολωλεκώς vid. Wesseling. ad Diod. Sic. 2, 5. p. 117. T. 1.:
De-

Demosth. p. 495. T. 1. ἐσὶ δεδομένη. Plut. V. Philo-
roem. 20. p. 465. T. 2. εἶ τι — πεπυσμένος ἐστίν. Ari-
stoph. Auu. v. 1473. ἐστὶ — πεφυκός. Hom. Il. ε', 873.
τετληότες εἰμέν. Herodo. 7, 111. οἱ τῶ Διονύσῃ τὸ
μαντήιον εἰσὶ ἐκτημένα. Id. 4, 66. ὅσοι δὲ αὐτῶν καὶ
κάρτα πολλὰς ἀνδρας ἀναιρηκότες ἔωσι. et 3, 119. μὴ
— πεποιηκότες ὡσι ταῦτα. Isaeus p. 42. T. 7. εἰ ἦσθα
ἐγγυηκῶς τῷ Πύρρῳ τὴν ἀδελφὴν. Demosth. p. 548.
T. 1. ὡς ἐγὼ τὸ πρᾶγμα εἰμὶ τῆτο δεδρακῶς. Aeschyl.
Agam. 878. εἰ δ' ἦν τεθνηκῶς. Id. ib. 1107. ἦμεν κλέος
σὲ μαντικὸν πεπυσμένοι. Plato Cratyl. 44. ἐκ ποίων —
ὀνομάτων, ἢ μεμαθηκῶς, ἢ εὐρηκῶς, ἢ τὰ πρᾶγματα.
Isocr. trapez. p. 471. T. 2. ἐφ' ἣ πολλὰ χρήματα ἦν
ἐγὼ δεδωκῶς. Id. Panath. p. 301. T. 1. προειρηκῶς δ'
ἦν αὐτοῖς, ἐφ' ἃ συνεληλυθότες ἦσαν. Id. Areop. p. 322.
T. 1. ὅτι μεμελετηκότες ἦσαν ἐργάζεσθαι, καὶ Φείδε-
σθαι. Id. ib. p. 323. ἐκεῖνοι διεγνωκότες ἦσαν. et ibid.
p. 337. τὲς μὲν — σεσωκότες ἦσαν. Id. Euag. p. 95.
T. 2. παρ' οἷς πρότερον εἰωθότες ἦσαν. Id. Panath.
p. 302. T. 2. ἐπηνημένος δ' ἦν, καὶ τεθορυβημένος,
καὶ τετυχηκῶς ἦν. Demosth. p. 346. T. 1. ὅτ' οὐπω
πεπρακῶς ἑαυτὸν ἦν. Aeschin. p. 446. T. 3. ἄς ἦτε
ἐκπεπομφότες. Herodo 6, 65. ἦν ἐχθρὸς — μάλισσα
γεγονῶς quod eodem loco dicitur ἐγεγόνεσ. Lysias 6.
p. 222. T. 5. ἐπειδὴ ἀπεκτονῶς ἦν. Odyss. κ', 156.
ἦα κιών. Plato Cratyl. 5. ἂν εἴη πεφυκότες. Isocr. trapez.
p. 453. f. T. 2. ὡς πίσεις δεδωκῶς εἴη, καὶ τὴν ἀρχὴν
ἔτι μείζω πεποιηκῶς — καὶ — εἰληφῶς τῷ αὐτῷ υἱῷ.
Herodo. 1, 45. ὡς τὸν καθήραντα ἀπολωλεκῶς εἴη.
Id. 7, 214. εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὠμιληκῶς εἴη. Id. 1, 44.
τὰ ὑπὸ τοῦ ξείνου πεπονθῶς εἴη. et 3, 119. δι' ἦν πεπον-
θότες ἦσαν. Isocr. ad Phil. p. 264. T. 1. εἰ μὴ παρα-
λελοιπῶς ἦν τινα λόγον. Herodo. 1, 63. πρὸς ἄριστον
τετραμμένοι ἦσαν — διεσκεδασμένοι — εἶεν. Eurip. Alc.
465. ἂν εἴη συγηθεῖς. Herodo 3, 27. ὡς σφί θεὸς εἴη
Φανείς. Id. 3, 120. ὑπὸ Κύρου κατασάθεις ἦν Σαρδίων

ὑπαρχος. Polyb. 17, 2. ἄπερ — οἱ πέμψαντες εἶσαν ἐντεταλμένοι. Soph. Oed. tyr. 970. οὕτω δ' ἂν θανῶν εἶη ἕξ ἐμού. Aeschyl. Agam. 1188. ἔσαι δεδορκώς. Demosth. p. 1331. T. 2. ἀπολωλεκώς ἔσαι τὴν οὐσίαν ἅπασαν. Herodo. 7, 159. ἴσθι ἀρξόμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Soph. Oed. tyr. 1146. οὐ σιωπήσας ἔσει; Lyfias p. 862. T. 5. παρὰ τέττε δίκην εἰληφότες ἔσεσθε Herodo. 7, 194. ἐμελλε οὐ τὰ δεύτερον διαφυγῶν ἔσεσθαί. Dinarch. 2. p. 89. T. 4. διὰ τίνας προφάσεις — ἔσεσθε κατεψηφισμένοι; Demosth. p. 30. T. 1. ὃν τρόπον ὑμεῖς ἐσρατηγηκότες ἔσεσθε. Xen. Cyr. 4, 2. 12. κατειλημμένοι ἔσονται. add. 7, 2. 5. Plato Cratyl. 10. ἔχον εἶναι. Lesbos p. 179. vocat σχῆμα χαλδδιακόν. Marc. 1, 4. ἐγένετο — βαπτίζων — κηρύσσων h. e. ἦν. v. 22. vt Phrynichus ap. Priscian. gram. 18. p. 716. Bas. ὦ φίλτατε ἀνδρῶν, μή με ἀτιμάσας γένη h. e. μή με ἀπατήσης. Sic Hygin. fab. 28. est styx inter colummam sedens: vbi v. Munkerus p. 79. Stauer. Herodo. 3, 76. σείχοντες ἐγίνοντο. Soph. Aiac. 591. μὴ προδὲς ἡμᾶς γένη vid. Abreschius ad Marc. 1, 4. ad calcem animaduersif. Aeschyll. T. 1. p. 551. dilucc. Thucydd. p. 345. f. et auctar. Thucyd. p. 317. Sed pro participio interdum ponitur adiectiuum: vt, ὦν πρόθυμος ἦσθ' ἀεὶ Soph. Electr. 3.: vbi schol. ἦγεν ἐπιθυμῶν, ὀρεγόμενος. ἦσθα δὲ ὑπῆρχες. ἔσι δὲ Ἀττικισμός, ἀντὶ τῶ ἐπεθύμεις. Neque vero huc pertinent loci, quibus participia sibi iunctum habent articulum: vt, τίς οὖν ὁ παρέχων ἐστὶν αὐτῷ τῶσθ'; hic enim ὁ παρέχων est subiectum enunciationis, et ἐστὶν cohaeret cum pronomine τίς.

Sed cum fermo est de rebus fortuitis, neque necessariis, quae casu, neque consilio fiunt, et accidunt: pro verbo εἰμί participiis aliorum verborum adiungi ab Atticis maxime verbum τυγχάνω, a poetis etiam verbum κερῶ solet, ita, vt haec verba, si non semper, tamen nonnunquam, reddi Latine aduerbiis *casu*, *forte*, possint

possint et debeant. Nam cum τυγχάνειν proprie *col-
lineare, propositum tenere*, quae incerta res est, atque
fortuita, significet, vt κυρεῖν *incidere*: facile apparet,
haec verba non plane respondere verbo εἶναι, id quod
ii quoque loci loquuntur, quibus verba κυρεῖν et τυγ-
χάνειν, comites sunt participiorum verborum εἶναι et
ὑπάρχειν. v. Phrynichus eclog. p. 128. Tho. Mag. v.
τυγχάνει et annotat. ad Platon. Cratyl. partic. 4. p. 16.
sq. vnde Xen. Cyrop. 6, 1. 4. scripsit, ἐπειδὴ παρῶν
τυγχάνω. Herodo. 5, 22. τυγχάνω ἐπισάμενος. Id. 1, 88.
τὰ νοέων τυγχάνω. Aristoph. Nubb. 1133. ὀφείλων
τυγχάνω. Id. Thesmophor. 29. οἰκῶν τυγχάνω. Plato
Phaedon. 50. ὁ τυγχάνει ἔχων. Herodo. 7, 104. τυγ-
χάνω — ἐσοργῶς. Isocrat. ad Phil. p. 233. T. 1. τυγ-
χάνω συμβεβηλευκῶς. Id. Areop. p. 313. T. 1. τυγ-
χάνω δεδιῶς. Id. de pac. p. 390. T. 1. κερκτημένοι τυγ-
χάνομεν. Id. de pac. p. 390. T. 1. εὖ πεπονθότες
αὐτοὶ τυγχάνουσιν. Id. Euag. p. 72. T. 2. ἐτυγχάνο-
μεν περιπατῆντες Cebes tab. 1. ἐτύγχανε — ἀναβε-
βηκῶς Herodo. 7, 3. ἐτύγχανε κατεπηγότα Id. 7, 224.
τετυχήκατε — διαφερομένω Aesch. Socr. 2, 13. ἐτυγ-
χάνωμεν ἐγνωκότες Isocr. de pac. p. 395. Το. 1. ἐ-
τυχες δεηθεῖς Xen. Cyr. 7, 5. 18. ἔτυχον — τεταγ-
μένα Herodo. 7, 208. ἔτυχον — καθεύδοντες Thuc.
4, 113. ἀνεωγμένα ἔτυχον id. 2, 4. τύχοι ἔχων Xen.
Oecon. 1. 4. λέξας τύχη Aristoph. Plut. 3. vbi schol.
περιφραστικῶς, ἀντὶ τῆς λέξεως Soph. Philoct. 1272. ἴ.
λέγων κυρῶ Id. Ai. 87. κυρεῖς ἔχων. Id. ib. 1363. μι-
σῶν κυρῆς. Id. Oed. Col. 565. εἰρηκῶς κυρεῖς. Id. Electr.
1333. ἴ. ἐκύρην Φυλάσσω. Sed ὧν κυρεῖς Soph. Electr.
1410. ὧν κύρει Id. Philoct. 370. vt κυρῶν εἴης ib. 550. ὧν
τυγχάνει Aristoph. Plut. 35. 1038. τυγχάνει ἔοντα
Herodo. 1, 8. ἐτύγχανε ἔων Id. 9, 107. vt ἐτύγχα-
νε — ὑπάρχων Polyb. 5, 51. ἐτύγχανον ἔοντες He-
rodo. 1, 29. vt παρῶν ἐτύγχανον Soph. Ai. 760. Posteriorum vero temporum scriptores quum instituis-

sunt verbum τυγχάνειν solum, et societate participii verbi εἰαι priuatum ponere, v. Phrynich. eclog. p. 120. librarii recentiores hac eorum negligentia decepti praeterire ausi sunt comitem illum verbi τυγχάνειν saepissime etiam in classicorum scriptorum libris, qui adeo restitui, veteris diligentiae admonitu, debet: v. ad Plat. Apol. 28, 3. ad Aesch. Socr. 2, 3. 2. ad Palaeph. 15, 2. vt ap. Plat. Gorg. 57. p. 193. legi debet ὠφέλιμον ὄν' etsi non ignoro Locellae ad Xen. Ephes. p. 266. alia omnia visa esse; certe ap. Soph. Ai. 9. verbum τυγχάνει recte referri ad partic. ζάζων v. 10. potest: et ap. Plat. Cratyl. 26. p. 51. legitur, περι ὅτε ἂν τύχῳσι ita, vt intelligi debeat participium λέγοντες e verbis, ὅτι πολλαχῶ λέγουσι, quae praecedunt. Conf. annotat. ad Plat. Cratyl. partic. 4. p. 17. f.

Sed saepenumero sic participia simpliciter posita inueniuntur, omisso verbo substantiuo: vt; ἀπητιμασμένη Aeschyl. Eumen. 95. vbi schol. λείπει, εἰμι. Id. ib. 786. μεθεῖσα schol. ἀντὶ τῆ μεθήσω μετοχὴ ἀντὶ ρήματος ὡς τὸ, καρπῶ βριθομένη [Il. 9', 307.] ἀντὶ τῆ βριθεται. εἰάν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος Xen. Apomn. 2, 1. 23. et ibi Zeunius: codd. Florentini tres legunt ποιήση, vt Vatic. ποιήσει: quae lectiones grammaticis debentur: add. id. Cyrop. 2, 3. 2. 6, 3. 9. 8, 8. 5. schol. Il. 9', 307. βριθομένη βαρβμένη βριθομένη ἐστὶ κατ' Ἀττικισμόν, ἀντὶ τῆ βριθεται. add. Eustathius p. 714. 60. Eurip. Phoen. 66. ζῶν — νοσῶν. Plato Euthyphr. 12. ὅ, τι δὲ ὄν. Id. Phaed. 21. πότε — λαβῆσαι add. Aristoph. Plut. 277. Ioseph. Archaeol. 5, 1. 5. φέροντες intell. ἦσαν, h. e. ἔφερον. Id. ib. 5, 2. 1. προσλαβῆσαι intell. ἦν, h. e. προσέλαβε. v. Dorvillius ad Charit. p. 624. Amst. Tob. Eccardius Obseruatt. ex Arist. Pluto p. 40. f. Palaietus ad Rom. 9, 10. et ad Phil. 1, 30. nos ad Palaeph. fab. 22, 3. 45, 1. Caeterum hanc quoque formam loquendi Latini e lingua Graecorum transfulerunt in suam, v.

Vech-

Vechnerus Hellenol. 2, 9. p. 531. ff. Heuf. sed Graeci ipsi eam accipere ab Hebraeis, ut scriptores N. T. v. Act. 24, 5. et ibi Raphelius: Matth. 24, 38. coll. Luc. 17, 27. Hoc vero cognosci posse putamus vel ex iis locis, quibus participia iuncta sibi habent pronomina personalia: ut, ὁρῶς γε λέγων σὺ, ὦ Σώκρατες. Plato Gorg. 6. p. 39. ὁρῶς γε σὺ πιτεύων. Id. Cratyl. 17.: Nam Hebraei eadem pronomina participiis ita addunt, ut vim verbi substantiui habeant. v. Iudd. 8, 5.: vbi verba הִנֵּנִי אֲנִי οἱ ὁ reddidere, ἐγὼ εἰμι διώκων nam verba, ἐγὼ δὲ διώκω, quae leguntur in Cod. Alex. aliisque libris, vindicanda esse videntur alii interpreti, nescio an Symmacho: 2 Sam. 3, 13.: vbi pro verbis הִנֵּנִי אֲנִי versio septuagintauralis habet, ἐγὼ αἰτῶμαι. v. omnino Glasius gram. 3, 4. 3 — 6. In editt. Lipsi. primis hoc praeceptum illustratum est exemplis his, ἔ σιωπήσας ἔση non tacebis: αἰεὶ Φαίδρος ὧν τυγχάνεις semper laetus es: quorum numerus in edit. Belgicis auctus exstat isto, ἦσαν προσκαρτερεῖντες Act. 1, 14. perseverabant: adiecta obseruatione hac, *Emphasi tamen hic loquendi mos Graecis purissime loquentibus usitatus non caret.*

omnis casus — cum infinitiuo — solet] Haec verba nosmet substituimus iam ante hos tres, et quadraginta annos, pro verbis, quibus Wellerus ipse complexus erat hoc praeceptum, *Infinitiuum praecedit nominatiuus, cum in eadem persona oratio subsistit.* Haec igitur verba leguntur etiam in editt. Lipsi. primis et Belgicis, adiectis exemplis, Φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι dicit, *se auctorem fuisse: λέγω εἶναι φίλος dico me esse amicum:* quorum numerus in editt. Belg. auctus extat his: Apoc. 13, 14. ἃ ἐδόθη ποιῆσαι λέγων. *Similia occurrunt Eph. 3, 17. etc.* Nobis vero visum est exempla cuiusque casus infinitiuis ob dictam causam iuncti, colligere haec: Herodo. 8, 137. οἱ δὲ τὸν μισθὸν ἔφασαν δίκαιον εἶναι ἀπολαβόντες, οὕτω ἐξίεναι. Pind. Pyth. 4, 57. f. Φάτο δ'

δ' Εὐρύπυλος Γαιαόχης παῖς ἀφθίτε Ἐννοσίδα Ἐμμεναί.
 Xen. Anomn. 2, 1. 15. ὁμῶς διὰ τὸ ξένος εἶναι, οὐκ ἀν-
 οῖει ἀδικηθῆναι. Id. Cyrop. 2, 2. 13. ὅσις περ ἀνήρ
 οἶοιτο εἶναι quae verba Philelphus perperam reddidit,
 qui putaretur vir esse, vt Brodaeus ib. 7, 4. 2. pro αὐ-
 τὸς δὲ ὁμόσαι θέλει male opinabatur Xenophontem
 scripsisse, αὐτὸν δὲ ὁ. θ. quum αὐτὸς pertineat ad ver-
 bum ἡξίς quod praecedat. Demosth. p. 1228. T. 2.
 διὸ Φημί δεῖν αὐτὸς σεφανῆσθαι. Plato Cratyl. 34. p.
 67. ἐν μέντοι — ἐπορισάμεθα, ὥσε δοκεῖν τι λέγειν
 ἀποκρινόμενοι. add. Aeschin. Socr. 2, 9. Conf. Perizon-
 nius ad Aelian. H. V. 13, 20. et Doruillius ad Charit.
 p. 52. Amstel. Plato Cratyl. 14. p. 22. οἷόν περ καὶ
 κατ' ἐκείνη λέγεται τῷ ἀνδρὸς, ἐν τῷ — φόνῳ οὐδὲν οἶς
 τε γενέσθαι προνοηθῆναι. Aeschyl. Eumenn. 893. f.
 ἔξεσι γὰρ σοὶ τῆδ' ἔγ' — εἶναι δικαίως — τιμωμένη.
 Herodo. 5, 64. ἅμα Ἀθηναίων τοῖσι βελομένοισι εἶναι
 ἔλευθέροισι. ad. 6, 11. 8, 140. 2. Isocrat. ad Phil.
 p. 274. T. 1. ἅπασι συνέπεσεν ἐξ ἀδόξων μὲν γενέσθαι
 λαμπροῖς, ἐκ πενήτων δὲ πλεσίοις, ἐκ ταπεινῶν δὲ —
 δεσπόταις. Xen. Anomn. 1, 1. 9. ἃ τοῖς ἀνθρώποις
 ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθήσει διακρίνειν. vbi v. Ernestius. De-
 mosth. p. 199. T. 1. οὐδὲν ἐμποδῶν αὐτοῖς ἔσαι κυρίοις
 τῶν ἀγαθῶν εἶναι. Aeschin. p. 545. T. 3. τέτῳ μὴ
 ἐξεῖναι πάλιν πορθεῖν γενέσθαι. add. Xen. Cyrop. 6,
 4. 4. ὅς μοι φανῆναι ἀξίῳ μὲν Πανθείας ἀνδρὶ, ἀξίῳ
 δὲ Κύρῳ φίλῳ. add. ib. 2, 2. 5. 6, 1. 19. Oecon. 11,
 5. 6. v. Ienius lectt. Lucian. p. 76. f. Krebsius ad decr.
 Athen. pro Hyrc. p. 411. fs. et Perizon. ad Sanct.
 Min. 2, 6. p. 190. et Findeisen ad Plat. Gorg. 35. At
 apud Plat. Euthyphr. 5. legitur in omnibus libris μοὶ —
 κράτιστόν ἐστι μαθητῆ σῶ γενέσθαι — αὐτὰ ταῦτα προ-
 καλεῖσθαι αὐτὸν λέγοντα. vbi v. not. 2. Lyfias p. 620.
 T. 5. Reisk. δέομαι ὑμῶν — ἀκροασαμένους — τῆτο
 ψηφίσασθαι. vbi v. Marklandius et ad orat. 10. p. 556.
 f. Lond. Herodo. 3, 36. ἐνετείλατο τοῖσι θεράπευσι
 λαβόν-

λαβόντας μιν ἀποκτεῖναι. Arist. Plut. 286. f. ἔσι πλῆ-
στοῖς — ἡμῖν εἶναι; Καρ. — Μίδας μὲν οὖν. vbi Kuste-
rus legi malebat Μίδαις· sed Hemsterhusius putabat,
accusatiuum pendere a verbo ποιήσει scil. ὁ πλῆτος
Thuc. 4, 20. Λακεδαιμονίοις ἔξῃσιν ὑμῖν φίλος γενέ-
σθαι βεβαίως. Act. 15, 22. τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις
— ἐκλεξαμένους ἀνδρας — πέμψαι, pro ἐκλεξαμένοις.
v. Krebsius ad decreta Roman. pro Iudd. p. 273. f.
Findeisenus ad Plat. Gorg. 41. p. 149. et Bachius ad
Xen. Oecon. 1, 4. Sed interdum librarii tantum non-
nulli dativum talibus in locis mutarunt in accusatiuum:
vt ἔξῃσι δ' ὑμῖν — λαβῶσιν ὄπλα — ἐμβαίνειν Xen.
Cyrop. 2, 1. 6. cod. Guelf. λαβόντας· quod Zeunius
sine causa recepit, cuius tamen ad h. l. annotatio in-
spici potest. τοῖς νικῶσι μὲν — ἐλευθέροις εἶναι ib. 7, 1.
7.: vbi Cod. Palaeoc. ἐλευθέρους, vt ib. 8, 8. 9. πορευο-
μένους pro πορευομένοις. ib. 5, 3. 2. καλὸν ποιήσαιμεν,
τῷ εὐθὺς φανεροὶ εἶναι cod. Guelf. φανερός, εἶναι v.
Findeisen ad Plat. Gorg. d. 1.

[sic Horatius lib. 1. ep. 7, 22. vir bonus etc.] editt.
Lipss. primae habent: *imitati hoc quandoque Latini.*
Ouid. 2. [immo 13, 142. f.] *Metam. Sed enim quia ret-
tulit Ajax, Esse Iouis pronepos. Idem 2. Trist. [eleg. 1,
10.] Acceptum refero versibus esse nocens: sed in Belgi-
cis exemplis legitur, Sic Latini quoque. Ouid. Sed enim
quia retulit Ajax esse Iouis pronepos. Horat. Vir bonus
et sapiens, dignis ait esse paratus. vide quae docti ad Pha-
selum Catullianum obseruarunt. Sic, Propert. 3, 16.
11. f. Quid genus — profuit illi mater, et amplexo
Caesaris esse focos? vbi v. Vulpus. Ouid. heroid. ep.
14, 64. Quo mihi commisso non licet esse piae? vbi v.
omnino Nic. Heinsius, praeter Vechnerum Hellenol.
1, 2. 32., et Sanctium Mineru. 3, 7.*

quando in eadem pers. — accusat. ponunt] vt, οἰόμε-
νοι δὲ, διὰ τῆς ὑπερβολῆς τῶν ἐπαγγελμάτων, αὐτοί

τε θαυμασθήσεσθαι, καὶ τὴν παιδείου τὴν τῶν λόγων πλείονος ἀξίαν δόξαι εἶναι Isocrat. c. sophph. p. 331. To. 2. Editt. Lipsf. primae legunt, *Nota. Quando in eadem persona oratio non subsistit, Latinos imitantur; quod et quandoque in eadem faciunt persona: omiſſis omnibus exemplis, atque ita, vt haec obseruatio superiori praemissa sit.* Editt. Belgicae habent, *Nota. Quando in eadem persona oratio non subsistit, Latinos imitantur, atque accusatiuum adſciſcunt: vt, Τιμοκράτης φησὶ, Ἐπίκρου δις τῆς ἡμέρας ἐμῆν ἀπὸ τρυφῆς. Timocrates dicit, Epicurum bis quotidie vomere solitum a luxuria.* Laërtius. Vnde apud Cic. 13. ep. 26, 3. *is quanquam confidere videbatur, et sua caussa, quae honeste posses, libenter esse facturum, perspicuum est legi debere, te sua caussa.*

Ad p. 233. *quando infinitiuus — accusatiuo reciproci*] vt, *τινες ἔμμεναι εὐχετόωνται; Odyf. α', 172.: δικαίως ἂν φαῖμεν, ἐπὶ σοιχείῳ τε ἤδη εἶναι, Plato Cratyl. 34. p. 68.: μανθάνεις, ὅς φησιν εἶναι, Arist. Plut. 59, 1. ἔξαχνός ἐσι, μηδ' ἰδεῖν με πρόποτε, Id. ib. 241.: εἰ τὸς δικαίως φῆς ποιήσειν πλυσίως Id. ib. 475.: πόσιν πείθει τεκεῖν Eurip. Phoen. 31.: αὐτοὶ δὲ οὐ νομιῶσιν ἠττησθαι Xen. Cyrop. 3, 3. 21.: add. Xen. Apomn. 3, 12. 3. 4, 2. 21. Oecon. 6, 11. Cyrop. 3, 1. 6. 3, 2. 7. 3, 3. 1. 13. 4, 6. 2. 6, 3. 11. In editt. Lipsf. primis et Belgicis, adiectum extat tantum exemplum hoc, ἔφη ποιήσειν dixit, facturum, nempe se.*

sic Terent. — scil. me] Editt. Lipsf. primae, et Belgicae, *Sic Terent. Pollicitus sum suscepturum* [Belg. addunt *scil. me*]. *Sic, ferre non posse clamabit, Cic. Tusc. 2, 17.: negat omnino Epicurus, sine voluptatibus sensum mouentibus nec suspicari, Id. Acad. 1, 2.: vbi Lambinus sine caussa edidit se sine, vt 9. ep. 2, 3. proficisci se ad te statim dixit, pro proficisci ad te: sed nec Ernestius Catil. 1, 8. restituere debebat pronomen te, atque adeo edere,*

edere, obtemperaturum te esse dicis, pro obtemperat. esse dicis. confitere, huc ea spe venisse, Id. p. Rosc. Amer. 22.

infinitiui — absolute — ponuntur] vt, ὡς μὲν ἐμὲ συμβαλλόμενον εὐρίσκειν Herodo. 7, 24.: ὡς εἰπεῖν ἔπος Aeschyl. Pers. 716.: ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν Demosth. p. 152. T. 1.: ὡς συνελόντι εἰπεῖν Xen. Apomn. 3, 8. 10. 4, 3. 7.: intell. εἶναι ἢ. e. ἐξεῖναι. ὡς ἐμὲ εὖ μεμνησθαι Herodo. 2, 125.: v. Pe. Horreus obseruatt. Herodo. c. 36.: ὡς τύπῳ λαβεῖν Theophr. charr. 1, 1.: ὡς δὲ ἐν πλείονι λόγῳ δηλώσαι Herodo. 2, 25. ὡς εἰκόσαι Id. 9, 34. ὡς ἀπεικάζου Soph. Trachin. 143. ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκόσαι Thuc. 4, 36. Zeunius ad Viger. 5, 3. 8. intelligi his in locis iubet συμβαίνει, δεῖ, ἔξεισι, εἰκός ἐστι non assentior. Sed coniunctio saepe omittitur: vt, οὐ πολλῶ λόγῳ εἰπεῖν Herodo. 1, 61.: σὺν Θεοῖς εἰπεῖν Demosth. p. 844. T. 2. ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν Thuc. 6, 82. δοκέειν ἔμοιγε Arrian. anab. 3, p. 177. 7. p. 483.: δοκέειν ἐμοὶ Herodo. 1, 172. v. Pet. Horreus l. c. ἀπλῶς εἰπεῖν Dinarch. p. 25. T. 4. Reisk. ἰσχυρῶς εἰπεῖν Polyb. 1, 2.: μικρῶ δὲ Ἰσοκ. Paneg. p. 197. T. 1. ὀλίγῳ δὲ Ἰδ. ad Phil. p. 253. T. 1. In edit. Lipsf. primis et Belgicis legitur, *Infinitiui saepe absolute absque verbo regente ponuntur; vt ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vt ita dicam: ἐνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν vt uno verbo dicam: συνελόντι δὲ εἰπεῖν vt semel, vel breviter dicam.*

dicuntur etiam sine infinitiuo] vt, ἀληθεῖ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ h. e. vt vera dicam Herodo. 1, 14.: πολλὰ καὶ ἄλλα παραλιπόντι ἀτοπίαις h. e. vt multa etiam alia omittam inuisitata, noua, Thuc. 2, 51. v. Heusingerus ad Plut. A. Π. Π. 13, 6. συνελόντι δὲ legitur sic ap. Isaeum p. 80. T. 7. Reisk. His vero in locis intelligi debere videntur verba, ὡς εἶναι, i. e. ἐξεῖναι, εἰπεῖν. Editt. Lipsf. primae, et Belgicae habent, *Dicunt etiam sine infinitiuo, vt, συνελόντι δὲ, scil. εἰπεῖν, vt contrahendo dicam.*

nominiibus adiectiuis — infinitiuo adduntur] vt, ἀγαθὸς ὑλακτεῖν Aristoph. Vesp. 899.; ἀκοντίζειν ἀριστοὶ Herodi.

Herodi. 1, 15. 4.: v. index Graecit. Palaeph. v. ἀγαθός
 Δεινός τῶ τοιῶτῳ τρόπῳ τῆ λόγῳ χρησθαι Theophr.
 charr. 1, 3.: δυνατῶν κολακεύειν Xen. Apomn. 1, 2. 24.:
 ἱκανὸν εἶπεν τε, καὶ πρᾶξαι, ib. 2, 9. 3. add. id. Oe-
 con. 5, 8. τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν, ἐμπειροτάτη Ctesii.
 exc. Perfic. 54. δεινοί εἰσιν ἀκοντίζειν, καὶ τοξεύειν Id.
 Indic. 22. ἔτι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων σπέρματα δάσ-
 σασθαι Hesiod. Erg. 445. f.: τὸ ἐργάζεσθαι ἀρίστῳ
 Id ib. 438.: οὐκ οἶει καὶ ἀρπάζειν ἐξῆσιαν ἕσασθαι τῷ
 βελομένῳ Xen. Apomn. 3, 6. 11. Sic, *Sit modo liber-
 tas, quae velit ira loqui* Propert. 1, 1. 28. Atque huc
 pertinent etiam participia eiusdem generis: vt, ἀμφῶ
 συρίσθεν δεδαημένῳ, ἀμφῶ αἰεῖδεν, Theocr. Idyl. 8, 4.
 Editt. Lipsf. primae, et Belgicae, habent, *Nominibus ad-
 iectiuis voluntatem, aut facultatem significantibus infini-
 titiui adduntur: vt, λέγειν τε, καὶ πράσσειν, δυνατώ-
 τatos Thucyd. ad dicendum, et agendum, aptissimus:
 ἱκανὸς διδάσκειν Xenoph. satis aptus ad docendum. Sic
 Virgil. Et cantare pares, et respondere parati. Fortis
 bellare: prudens intelligere. Addi potest locus Virgillii
 ecl. 5, 1. f. quoniam conuenimus ipsi Tu calamos inflare
 leues, ego dicere versus.*

*nominibus οἶος — ὅσος infinitiui adiunguntur] vt, ὅσον
 γε μ' εἰδέναι Arist. Nub. 1254.: ὅσα γ' ᾧδ' ἰδεῖν Id.
 Pac. 857. ὅσον γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι Polyb. 1, 4. λιμένας
 ἐποίει ὀρυκτὸν, ὅσον χιλίας ναυσὶ μακρῶν ὄρμον εἶναι
 Arrian. anab. 7. p. 485. Blanc. παραμένους χρόνον,
 ὅσον τὰς μεγίστας κατασβέσαι ταραχὰς Plut. v. Pomp.
 21. p. 159. T. 4. ἔτρωσε τὸ σῆθος, ὅσον ἐνδύναμι δύο
 δακτύλους τὸ ἀκόντιον Id. v. Artax. 12. p. 398. T. 5.
 — κινδυνεῖει τοιοῦτός τις εἶναι ὁ Ἀγαμέμνων, οἶος —
 διαπονεῖσθαι, καὶ καρτερεῖν Plato Cratyl. 14.: τυγχά-
 νω τοιῶτος ᾧν, οἶος ὑπὸ τῆ θεῆ τῆ πόλει δεδῶσθαι, Id.
 Apol. 18.: σὺ μὲν — τοιῶτός μοι φίλος εἶ — οἶος —
 συλλαμβάνειν μοι Xen. Apomn. 2, 6. 37.: τὰς μὲν
 πρόσθεν ὀδόντας πᾶσι ζώοις αἶους τέμνειν εἶναι τὰς δὲ
 γομ-*

γομφίς οἷς παρὰ τρίτων δεξαμένους λαΐνειν. Id. ib. 1, 4. 6. Xen. Cyrop. 1, 2. 3. ὅπως — μὴ τοιῶτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι — ἐφίεσθαι ita enim scriptum legitur in cod. Alt. Guelf. librisque Stobaei Eccl. ethth. 42. p. 282. Turic. non ὥσε — ἐφίεσθαι, quae est lectio cod. Brod. Bodl. Brém.: vt apud Theophr. charr. 2, 1. in omnibus libris legitur, τοιῶτόν τινα, ὥσε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν sed ὥσε extitisse videtur ex interpretamento: certe Theophrastus hoc in capite vbique addidit infinitiuus nominatiuos, qui ab οἷος penderent: et οἷος saepe pronomen τοιῶτος ita sequitur, vt idem sit quod ὥσε. v. Plato Gorg. 12. p. 58. conf. Zeunius ad Cyrop. d. 1.: Xen. Cyrop. 2, 2. 15. δοκεῖ — μοι τὸ μὲν πολὺ τῶν στρατιωτῶν εἶναι οἷον ἐπεσθαι, ἢ ἂν τις ἠγῆται. Id. Apomn. 1, 9. 4. οὐ γὰρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν, ἀλλὰ — ἀπὸ τῶν σοφιστῶν λαμβάνειν. Conf. nos ad Phaedon. 28, 5. add. Aelian. H. V. 11, 13. et ibi Perizonius. Aristoph. Thesmophor. 184. ἴ. ὅστις ἐν βραχέϊ πολλὰς καλῶς οἷος τε συντέμνει λόγους. Id. Rann. 1119. Λαμπάδα δ' ἐδεῖς οἷος τε φέρειν. Id. Lysistr. 729. ἴ. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὰς ἀποσχεῖν ἐκέτι οἷα τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν. Theocr. Idyl. 17, 15. ἂν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷος τε νοῆσαι. Isocrat. ad Nic. p. 58. T. 1. οὔτε γὰρ ἵππων — ἔτ' ἄλλε πράγματος ἐδενός, οἷον τε καλῶς ἀρχειν. Lysias 2. p. 15. Tail. min. Εὐρυσθέα δὲ — οὐχ οἷος τε ἦν τιμωρήσασθαι. Herodo. 1, 112. ὁ δὲ οὐκ ἔφη οἷος τ' εἶναι ἄλλως αὐτὰ ποιεῖν. Id. 1, 29. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι. Id. 2, 19. τετῶν — περὶ ἐδενός οὐδὲν οἷος τ' ἐγενόμην παραλαβεῖν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων. Id. 2, 67. ὡς δὲ ἀνευρεῖν οὐκ οἷοί τε ἐγινέατο τὴν θήκην τῆ Ὀρέσεω. Isocr. Euag. p. 102. T. 2. ταύτην βασιλεὺς ὁ μέγας — οὐχ οἷος τ' ἐγένετο χειρώσασθαι. add. Plato Cratyl. 14. Caeterum de varia constructione pron. οἷος plura disputauit Reizius in de profod. Gr. accentus inclinat. p. 79. fs.

Scilicet

Scilicet τοῖστον εἶναι, οἶον, τοίονδε εἶναι, οἶον, vel εἶναι οἶον [Xen. Cyrop. 2, 2. 15.] vel simpliciter οἶον, et οἶον εἶναι, vel οἶον γενέσθαι [v. index Graecit. Theophr. v. οἶος], sequente infinitiuo, significat idem, quod βέλεσθαι, ἐθέλειν, προηρῆσθαι, εἰωθέναι: sed οἶόν τε, vel οἶόν τε εἶναι, vel οἶόν τε γενέσθαι, idem valet, quod δύνασθαι, ita, vt τε non redundet, vt grammatici veteres [v. Eustath. ad Il. 1. p. 734. 25.] praecipunt, etiam recentiores, vt Doruill. ad Charit. p. 420. vid. Harpocratio et ex eo Suidas, v. οἶος εἶ, et Proluff. de vitiis Lexx. N. T. 14, 4. 6. p. 347. quas formulas Perizonius ad Aelian. H. V. 11. 13. confudit, neque inter se distinxit. Vnde οἶόν τε, quod proprie idem est, quod δυνατόν v. Plato Criton. 5. οἶόν τε ὄν, καὶ δυνατόν — ἀδύνατον, καὶ οὐκέτι οἶόν τε. vel οἶά τε, et οἶόν τε ἔστι, et οἶά τε ἔστιν vel οἶόν τε γίγνεται, et οἶά τε γίγνεται, ita ponitur, vt sit licet, ἔξεσι, sequente infinitiuo: vt, ἄς οὐχ οἶόν τε ἄλλοις, ἢ τοῖς μεμνημένοις ἀκούειν Isocr. Paneg. p. 132. T. 1. ταῖς δὲ προεσάναι τῆς Ἑλλάδος ἀξιώσαις οὐχ οἶόν τ' εἶναι διαφεύγειν τὰς κινδύνας, Id. ib. p. 140. Basil. a. 1571. ἄλλα δ' ἔστι, τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἶά τε δηλώσαι, ἔργῳ δέ. Herodo. 3, 72. τέτῳ γὰρ οὐκ οἶά τε ἔστι συμβαλέειν ἄλλον ποταμίν. Id. 4, 53. οὐκ οἶόν τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας. Id. 1, 91. Iam vero supra docuimus, multa verba, multas formulas, sequi constructionem eorum verborum, quorum partes agant. Significare autem formulam τοῖστον εἶναι, οἶον, et similes, idem, quod verbum βέλεσθαι, plane declarat locus Platonis Cratyl. 35. τῶν ὀνομάτων ἢ ὀρθότης τοιαύτη τις ἐβέλετο εἶναι, οἶα δηλῶν, οἶον ἕκαστόν ἐστι τῶν ὄντων. nam Plato periphraσι ἐβέλετο εἶναι, explicandi causa vsus est: vt Phalar. ep. 87. p. 248. οὐ γὰρ οἶα τε ἔστι δύνασθαι περιορᾶν vbi infin. δύνασθαι quem Lennepius delendum censēbat, additus est, vt vis verborum οἶα τε ἔστι magis definiretur: Sic Phaedon. 49. ἱκανοὶ — δύνασθαι ἀρέσκειν vbi δύνασθαι

Θαι adiectiuo *ικανοί* iunctum est interpretationis causa, ut Philo de agricult. p. 201. A. Paris. dixit, *ικανὸς εἶναι δύνασθαι*.

Sed formulis *οὐδὲν οἶον εἶναι*, et *οὐδὲν οἶον*, ita vtuntur, vt idem significant, quod *κωλύειν* v. Arist. Auu. 967.: vbi v. schol. Plato Gorg. 1. p. 23. 37. p. 132. Scilicet Attici, pro studio vrbauitatis suo singulari, vsi sunt multis in generibus antiphraseos figura. Sic *ἀνευφημεῖν*, verbi causa dixere pro *ἀνοιμώζειν* v. Plato Phaedon. 3.: vbi v. not. 16.: etiam *ἐφουμνεῖν* v. Soph. Oed. Tyr. 1275. Quia igitur *οἶον εἶναι*, et *οἶον* significarunt idem quod *βέλεσθαι*: easdem formulas posuere etiam pro *μὴ βέλεσθαι*, atque adeo pro *κωλύειν*, quum verbo prohibendi insit notio nolendi. — Et quia *ἐφ' ᾧ τε*, vel *ἐφ' ᾧ*, quod dictum est pro *ἐπὶ τοῖσδε*, *ἐφ' ᾧ τε* v. Herodo. 5, 82. 7, 154. vel *ἐπὶ τέτῳ*, *ἐφ' ᾧ τε*, *ἐφ' ᾧ*, hac conditione, ita, vt: v. Herodo. 3, 83. Plato Apol. 17. vbi praecedit *ἐπὶ τέτῳ* v. ibi not. 25. idem valet quod *οὕτως*, *ὥσε*, et *ὥσε* propterea solet etiam constructionem huius particulae sequi. Aristoph. Plut. 1001. *ἐφ' ᾧ τ' ἐκεῖσε μηδέποτε μ' ἔλθειν ἔτι* v. 1142. *ἐφ' ᾧ τε μετέχειν αὐτός*. add. Acharn. 722. Herodo. 1, 22. *ἐπ' ᾧ τε ξείνης ἀλλήλοισι εἶναι, καὶ ζυμμάχης* sed Ctesias exc. Persic. 39. *ἐφ' ᾧ μένειν*. Polyb. exc. legat. 27. p. 587. T. 2. *ἐφ' ᾧ μὴ δέναι* add. Zosim. 2, 20. 1. Thucyd. 1, 103. *ἐφ' ᾧ τε ἐξίασιν* — *καὶ μηδέποτε ἐπιβήσονται*. vid. praeter eos quos laudauimus ad Plat. Apol. 17, 25. Lennepius ad Phalar. ep. 96. p. 268. Sed apud Aeschin. p. 572. T. 3. Reiskius edidit, librorum veterum vestigia secutus, *ἐφ' ἧτε μὴ ἐπιγράψεν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν* quod dictum esset pro *ἐπὶ ταύτῃ τῇ προφάσει*, *ὥσε* vid. supplem. annotat. eius p. 712. Caeterum in editt. Lipsf. primis et Belgicis legitur, *Nominibus οἶος, οἶός τε*, et *ὄσος*, *eleganter infinitiui adduntur: vt, Isocr. τὴν πόλιν ἡμῶν πείθειν οὐχ οἶοί τ' ἦσαν vrbī*

nostrae persuadere non poterant. Plato, οἱ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ μεταβάλλειν. Dii sunt eiusmodi, ut non possint mutari. Soph. ἢ τοσῶτον, ὅσον δοκεῖν αὐτὸν tantum, quantum videri potest.

verbum μέλλω — istius verbi, cum quo construitur] Priscianus gram. 18. p. 728. Illi μέλλω ἀναγινώσκειν, μέλλω γράφειν, καὶ γράψαι. Δυσίας ἐν τῷ περὶ Ἠγησάνδρου, κληῖρον ὡς ἔμελλον ἐπὶ τε τὰς βωμῆς εἶναι, καὶ νομιζόμενά γε ποιῆσειν. Pro hac constructione Romani participio utuntur futuri cum omni tempore verbi substantiivi: ut, lecturus sum, μέλλω ἀναγινώσκειν lecturus eram, et fui, et fueram, ἔμελλον ἀναγινώσκειν lecturus ero, vel fuero, μελῶ ἀναγνώσεσθαι. Sic λέγειν μέλλω Arist. Acharn. 497. ἴ. μέλλω-σοὶ συμβελεύειν, et ὅτι μέλλω σοὶ λόγον πέμπειν, Isocr. ad Phil. p. 236. T. 1.: εἴπερ μέλλει ὀνόματα εἶναι Plato Cratyl. 35.: vbi eadem sententia verbis expressa legitur his, εἴπερ ὀνόματα ἔσαι. Id. ib. 41. p. 85. εἰ μέλλει — κείσθαι καλῶς τὸ ὄνομα. Theocr. Idyl. 24, 77. ἴ. τοῖος ἀνὴρ ὁδε μέλλει εἰς οὐρανὸν — Ἀμβραίνειν. Xen. Cyr. 2, 1. 14. ἔμελλον παρέχειν cod. Alt. habet ἔμελλον παρασχίσειν v. Perizon. ad Ael. H. V. 2, 27.: Thuc. 1, 114. Πελοποννήσιοι μέλλουσιν ἐσβάλλειν εἰς τὴν Ἀττικὴν. Id. 1, 45. ἢν μὴ — μέλλουσιν ἀποβαίνειν. Xen. Cyr. 7, 1.9. μάχης μελλέσης γίνεσθαι. Herodo. 3, 16. τὰ περὶ ἐαυτὸν ἀποθανόντα μέλλοντα γίνεσθαι. Id. 5, 44. τῆλον — μέλλειν στρατεύεσθαι. Thuc. 7, 31. ἔμελλον παραιεῖσθαι add. Xen. Cyr. 6, 4. 1. 7, 1. 8. Atque huc referendus esse videtur locus Plat. Apol. 17. οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι. quum τεθνάναι sit infinit. praes. τέθνημι v. Etymol. M. v. τεθναίης p. 720. 2.: ut non necesse sit, auctore Thoma Mag. legere, οὐδ' εἰ πολλάκις ἀν' μέλλω τεθνάναι. Interdum praesenti additur particula ἀν', ut exprimat fut.: ut, ὅπως ἔμελλον ἀν' ἐξακέσθαι τὰ λεγόμενα Xen. Cyr. 4, 3. 2. Sed μέλλει εἶναι Plat. Cratyl. 6. 9. 10. est debet esse.

Et

Et quanquam grammatici veteres, vt Phrynichus v. ἔμελλον ποιῆσαι p. 148. v. ἔμελλον γράψαι p. 162. et Thomas Mag. v. μέλλω ποιεῖν praecipiant, Atticos verbo μέλλειν semper infinitiuos praesentis, vel futuri, nunquam aoristi, addidisse: tamen huic eorum praecipto certissimum est repugnare scripturam optimorum, qui ad nostram peruenerunt aetatem, codicum. Nunc enim in libris, non modo Atticorum, sed etiam Ionum, verbo μέλλειν infinitiuus vtriusque aoristi iunctus inuenitur. v. Stanleius ad Aeschyl. Prom. 626. p. 738. T. 2. Pau. Obs. miscell. Vol. 3. p. 426. Wesseling. ad Diod. Sic. p. 221. T. 1. aliique qui laudantur ad Plat. Apol. 17, 40. et a Dorvillio ad Charit. 1, 3. p. 38. Amst. Thucyd. 5, 30. καὶ αὐτὲς μέλλοντας σπείσασθαι πρὸς τὸ Ἄργος. Antiphon. p. 611. T. 7. ἦν ὁ Φιλόνεως ἐπὶ πορνείῳ ἔμελλε καταστῆσαι. Herodo. 1, 34. ὅς οἱ τὴν ἀληθειάν ἔφαινε τῶν μελλόντων γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν πᾶδα. Pind. Olymp. 7, 110. ἴ. μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἀμπαλον μέλλειν θέμεν. Id. Pyth. 9, 90. ἴ. μέλλεις — ἔξοχον ποτὶ κάπρον ἐνεῖκαι. Xen. Cyr. 6, 1. 21. μελλήσοντα παθεῖν. Aeschyl. Prom. 626. ὅπερ μέλλω παθεῖν. Nam Pauus ad h. l. p. 901. T. 2. Graecos docet aoristis vsos esse pro futuris de rebus certo, vel cito, euenturis: sed grammaticos maxime Alexandrinos talibus in locis pro aoristis substituisse futura.

Neque enim recte dubitari posse videtur, quin librarii futura media saepe mutarint temere in aoristos primos: vt ap. Herodo. 3, 146. Wesselingius pro ἔμελλε ἀπολάμψασθαι ex optimis libris restituit ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι. et Tailorus apud Lyfian. 6. p. 234. T. 5. Reisk. αὐτὸν μέλλειν ἀπολογήσεσθαι. pro αὐτὸν μέλλειν ἀπολογήσασθαι. Sic, μέλλεσσι μ' αἰ γυναῖκες ἀπολεῖν Arist. Thesmoph. 188.: ὅτι ἡμέας — μέλλεσσι — θανάτω δώσειν Herodo. 9, 17.: εὐτ' ἂν μέλλῃ — κακῶ — ἔσεσθαι Id. 6, 27.: ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσει

μέλλοι Πολυκράτης Id. 3, 43.: sic enim rescribere Wesselingius debebat pro τελευτήσῃν μέλλει· pendent enim haec verba a verbis, ἔμαθε, ὅτι — ἀδύνατον εἶη· add. 2, 133. μέλλοι τεύξασθαι Xen. Cyr. 2, 3. 2. μέλλει συμμίζειν Id. ib. 5, 2. 14.: cod. Alt. συμμίζει. Isocr. Paneg. p. 170. T. 1. μελλέσης στρατείας — ἔσσεθαι. Id. Panath. p. 183. T. 2. τῷ λόγῳ τῷ μέλλοντι ἐηθήσσεθαι. Herodo. 8, 2. τὸ μέλλον ἔσσεθαι στρατεύμα. add. ib. 76. ὅτε — Δί' ἔμελλε — τέξσεθαι Hesiod. Theog. 468. ἢ ἐσβολή — ἔμελλε — ἔσσεθαι Thuc. 2, 13. add. Herodo. 5, 98. 8, 6. 96.

Caeterum partic. verbi μέλλω saepe simpliciter ponitur, omisso infinitiuo ἔσσεθαι vt, παρόντα, καὶ μέλλοντ' ἔτι — πῆματα Aeschyl. Persf. 845. ἴ.: τὸ μέλλον τῶ πολέμῳ — ἐν ἀφανεί ἔτι κεῖται Thuc. 1, 42. περὶ τῶν ἔπειτα μελλόντων Id. 1, 123. add. Xen. Cyr. 2, 1. 12. ἀπὸ τῆς μελλέσης ἐργῆς Matth. 3, 7.: etiam tempora finita, ita, vt intelligi debeat infinitiuus verbi quod praecedit, vel cuius notio verbis praecedentibus continetur, vt, μὰ Δί', ἀλλ' ἔμελλον Arist. Plut. 1103. intell. κόψειν, auctore schol. Leid.: nam praecedunt v. 1102. verba, σὺ τὴν θύραν ἔκοπτες οὕτως ἰσφόδρα. Plato Phaedon. 24. πῶς γὰρ εἰ μέλλει intell. μοι ἡδομένῳ εἶναι vbi v. not. 13.: Soph. Antigon. 458. ἦδειν τί δ' οὐκ ἔμελλον intell. εἰδέναι add. Xen. Cyr. 5, 2. 11. Plato Cratyl. 19. τί δ' εἰ μέλλω, intell. κομψεύεσθαι, quidni ego arguter? qui infinitiuus latet in verbis Hermogenis, τῆτο μὲν, ὃ Σώκρατες, κομψόν. conf. Hemsterhusius ad Lucian. p. 449. T. 1. Caeterum in edit. Lipsf. primis, et Belgicis legitur, *verbum μέλλω cum infinitiuo facit periphrasin istius verbi, cum quo construitur: ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε· ἀποτυχῶν γὰρ καταγελασθήσῃ quod factururus es, non dic: si enim non succedit, irrideberis: Bias: μέλλει ἀποθανεῖν moritura est.*

verbis perseverandi] vt, τὴν εἰρήνην ἄγοντες διατελεῶσιν. Isocr. de pac. p. 420. T. 1.: τῶ νῦν καρτερήσασαι

ρῆσαι σπεύδοντας Xen. Cyr. 3, 2. 2. *Desistendi*, vt, παῦσαι Φλυαρῶν Aristoph. Plut. 360. vbi v. Spanhemius: μὴ παύσεται ποιῶν — ἀπειπῶν — παύοιτ' ἂν Plato Cratyl. 34.: παύσεται φοβέμενος Xen. Cyr. 4, 5. 10.: add. id. Apomn. 3, 13. 2. 13, 14. 1. 4.: ἐμοὶ μὲν ἀμφοτέρω συμβελεύει παύσεσθαι λέγοντι Isocr. de pac. p. 432. T, 1. Recentiores vero scriptores huic verbo etiam infinitiuos iungunt, vt, σὺ μὲν μόλις ἐπαύσω λέγειν Plut. apophthegm. Laconn. p. 194. T.8.: παῦσαι — ἐπ' ἐμοὶ κλαίειν Id. ib. p. 195. Xen. Oecon. 1, 23. αἰ — δέσποιναι αἰκίζόμεναι τὰ σώματα — καὶ τὰς ψυχὰς — οὔποτε λήγσειν. Plato Gorg. 26. p. 99. μὴ κάμης φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν. Xen. Oecon. 6, 1. ἐνθεν λέγων — ἀπέλιπες.

affectionem animi qualemcunque] Atque adeo sensus maxime internos. Vt, γλυκὺ — αὐτῷ μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ' Pind. Olymp. 10, 4.: θνατὰ μεμνάσθω περισέλλων μέλη, καὶ — γὰρ ἐπιεσσόμενος Id. Nemn. 11, 20. f.: οὐκ αἰσχύνης, τηλικῆτος ὦν, ὀνόματα θηρέων Plato Gorg. 44. p. 158. ἐγὼ ὑμῖν παραναῶν — αἰσχυνοίμην ἂν Xen. Cyr. 3, 3. 18. add. 4, 6. 2. 5, 1. 10.: ἵνα μάθῃ σοφιστῆς ὦν Διὸς νωθέτερος Aeschyl. Prom. 62.: οἶμαι μέντοι τινὰ πιθανότητα ἔχον Plato Cratyl. 19.: ἐῷ — τὴν γλῶτταν ἐν τέτρω ἦκισα μένυσαν, μάλιστα δὲ σειομένην Id. ib. 38. p. 75.: καταμαθῶν — αὐτὸν, ἔτε θύοντα — ἔτε μαντικῇ χρώμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιόντων ταῦτα καταγελῶντα, Xen. Apomn. 1, 4. 1. αἰσθόμενος — υἱὸν ἑαυτῆ πρὸς τὴν μητέρα χαλεπαίνοντα Id. ib. 2, 2. 1. add. Cyrop. 4, 5. 10. 7, 5. 12.: αἰ κρείσσω ἤδει ὦν Id. Cyrop. 1, 4. 4. quae est ipsa cod. Brem. et Altorf. scriptura: Iunt. et Ald. edidere κρείσσω ἤδη ὦν. leg. κρείσσω ἤδη ὦν sed ibid. est, ἅπερ εὖ ἤδει ἑαυτὸν ἠττονα ὄντα. Agri-
staen. 1. ep. 4. οἶδα γὰρ ἦκισα εἰς τὸ κινδυνεύειν ἀφικνέμενος vbi v. Abresch. lectt. p. 18. ἴσθι ἐπ' αὐτὰς

ταῖς θύραις ἀφίγμένη Aristoph. Plut. 963.: ἀρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων Xen. Cyr. 8, 8. 1. ὅταν περ ἐν δεικνυσθαι — δύνη καὶ εὖ ποιεῖν ἰκανὸς ὢν, καὶ κακῶς Id. ib. 1, 6. 10. ἀκέσαντες ἄλλο σφάτευμα προσίον Id. ib. 7, 4. 5.: add. γιγνώσκω γὰρ ἥττων ὢν πολὺ ὑμῶν Aristoph. Plut. 945. add. Xen. Cyr. 5, 4. 8. ibi enim codd. Brod. Alt. Guelf. legunt ὡς δ' ἔγνω μέγες ὄντας τὲς Κασδσίεσ, pro εἶναι Iunt. Ald. Herodo. 8, 26. οὐκ ἠνέσχετο σιγῶν. Xen. Apomn. 2, 1. 2. τὸ δύνασθαι διψῶντα ἀνέχεσθαι. Isocrat. Panegy. p. 152. Bas. a. 1571. τὴν αὐτῶν χώραν ἀνέχεσθαι πορθεμένην. sed apud Arrian. anab. 5, 29. 1. Raph. legitur, ὅτι πρὸς σφῶν μόνων νικηθῆναι ἠνέσχετο. v. Heupel. ad Marc. 9, 19. Omnino enim multa huius generis verba etiam infinitiuos sibi adiunctos habent, vt ἀισχυνόμενοι — ἐργύριον αἰτεῖν Arist. Plut. 158.: εὖ ἴσε, ὅτι τῆτο μίσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν Xen. Cyrop. 5, 1. 10. add. 3, 3. 9. 8, 4. 6. quos tamen non ignoro saepe sedes participiorum occupasse, incitia, et incuria librariorum: vt, ᾧ παῖ, τίν' αὐχέις, πότερον Λυδὸν — κακοῖς ἐλαύων Eurip. Alc. 675. f.: vt legi e cod. Flor. pro ἐλαύκειν iussit Valckenar. ad Phoen. p. 572. Caeterum locum Virgilii hanc in rem iam Priscianus gram. 18. p. 721. laudauit, ita tamen, vt pro *delapsus* legerit *illapsus*. Verba eius sunt haec, ἐπιδείξεις ποιῶν καλῶς, καὶ ποιῶν καλῶς. Similiter Latini ostendentes [l. ostendes], faciens bene, et facere bene. Virgilius in secundo Aeneid. sensit medios illapsus in hostes, pro, se illapsum esse. Statius in octavo Thebaid. Non aliter caeco nocturno turbine chori scit peritura ratis, pro scit, se perituram. In editt. Lipsf. primis et Belgicis legitur, et affectionem animi significantibus, additur participium — cessabo dicere — meminini vidisse [Belgg. videre]

Ad pag. 234. infinitiuus — participiis in rus] Editt. Lipsf. primae et Belgicae legunt, Infinitiuus cum, vel sine articulis vtuntur Graeci pro gerundiis et supinis: ut

ut *Isocr. in Nic.* τὸ λέγειν, ὡς δεῖ, τῷ Φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιέμεθα *dicere ut deset, maximum sapiendi indicium facimus: λέγειν καὶ πράττειν, δυνατώτατος dicendo et agendo, paratissimus. Thucyd.* κρείττος αὐτοσχεδιάζειν. *Idem* [1, 138] *praestantissimus ad res ex tempore expediendum* [Belgg. addunt, seu expediendas]: κωλύόντων γαμῆν ἀπέχεσθαι *prohibentium contrahere matrimonium abstinendo* *Ec.* 1 *Tim.* 4. [v. 3.] sed pro hoc Pauli loco laudatur in edit. Belgg. locus iste, τῷ περιτεμεῖν τὸ παιδίον *puerum circumcidendi, seu ut puer circumcideretur* *Luc.* 2. 21. Hunc autem locum de usu infinitiuorum, et participiorum apud Graecos pro gerundiis et supinis Latinorum, paulo diligentius persecutus est Posselius de synt. p. 164—171 edit. a. 1725.: quem fere ducem secutus est Wellerus, ita, ut etiam exempla, quibus praecepta sua confirmaret, ex eius libro transfulerit in suum.

pro gerundiis] *Vt, ὡς ἐγὼ περὶ πολλῶν ποιῶμαι, πῆσαι σὲ ταῦτα πράττειν, ἀλλὰ μὴ ἄκοντος, Plato Criton.* 9. vbi v. not. 14.

partic. Lat. in dus, et supinis, vel partic. in rus] *vt, ἔρχεσθον κλισίην — Ἀχιλλῆος, χεῖρὸς ἐλόντ' ἀγέμεν Βρισήϊδα* *Il.* α', 322. f. vbi tamen etiam Eustath. p. 110. 32. in fin. accepit pro imperat.: δίδωσι βεκόλοισιν ἐκθεῖναι βρέφος *Eurip. Phoen.* 125.: ἔδοξεν αὐτῷ ἀναβῆναι ἐπὶ πύργον κατασκέψασθαι *Xen. Cyr.* 7, 1. 19. ἰδὲ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τῷ σπείρει *Marc.* 4, 3. vbi v. Heupelius. Sic, *Semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas* *Propert.* 2, 16. 17.: *rursusque per aëra misit Mopsopium — sacros agitare iugales* *Ouid. Metamm.* 5, 660. f.: vbi v. Nic. Heinsius: *Valer. Flac.* 6, 647. f. *Vos Scythiae saturare canes, Scythiaeque volucres, Huc miseri venistis?* vbi v. omnino Burmannus, itemque Barthius ad *Statium Theb.* 1, 616. et *Drackenb. ad Sil. Ital.* 4, 795. Sed multo etiam saepius Graeci infinitiuus vtuntur pro supino Latinorum altero, quod in u

exit, maxime tum, quum iunguntur adiectiuus, etiam aduerbiis qualitatibus: ut, θαῦμα μέγα φράσασθαι Hesiod. Ἄσπ. 218. θαῦμα ιδέσθαι ib. 140.: χαλεπὸς περιδέσθαι ib. 387. ἐλεεινὸς εἰσορᾶν ἐγὼ Aeschyl. Prom. 246.: καλὸν τ' ἀκῆσαι, καὶ λέγειν, μεθύεροις Id. S. c. Thebb. 587.: φοβεροὶ μὲν ιδεῖν Id. Pers. 27.: ἡμέρα — εὐφροσύνης ιδεῖν Id. ib. 387.: ἀπίστα — κλύειν Id. Suppl. 285.: πίνεσθαι — ἠδιστός ἐστι Herodo. 4, 53.: εἰ βραδύον κατανοῆσαι Plato Cratyl. 14. γελοῖον πάνυ εἰπεῖν ib. 19. χαλεπὸν συμβαλεῖν ib. 29. ἰσχυρὸς ιδεῖν Xen. Cyr. 2, 3. 3.: κάλλιστα ιδεῖν ib. 8, 3. 3. κερφότερα φέρειν ib. 8, 2. 11. ἀκῆσαι μὲν ἴσως τισὶν ἀηδῆ, ῥηθῆναι δὲ οὐκ ἀσύμφορον Isocr. Panath. p. 262. T. 2.

videntur etiam gerundia — per participia] Haec obseruatio in exemplis Lipsi. primis et Belgicis deest. Sed pro verbis *circumloqui per participia* substitui debent verba *exprimere participiis*. Et participiis quidem futuris utuntur fere tum, quum praecedunt verba eundi, veniendi, mittendi. Sic, κλέπτων δὲ τὸς βλέποντας ὑπερηκόντισεν Arist. Plut. 666.: ὅσα μὲν ἐστὶ μαθόντας εἰδέναι Xen. Cyrop. 1, 6. 19. p. 46.: διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεός, ἀπάγων ἡμῶν — ἐκ τε τῆ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλαππη Id. ib. 6, 2. 11. p. 238. add. Id. Apomn. 2, 3. 35. 2, 6. 13. 37.: εἰ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἔνεκ' ἠλυθὸν — δεῦρο μαχησόμενος Hom. Il. α', 152. f. add. ib. 207. Odyf. α', 281.: ἀπέρχονται — καὶ κλίμακας ὡς τὸ φερίον ἀζόντες Xen. Cyrop. 5, 3. 7. sic enim, non ἀζόντες, ut Stephanus edidit, legitur etiam in codd. Brod. Alt. Bodl. Guelf. add. ib. 5, 1. 4.: ἔφασαν, ἠκειν ἐπιμαθησόμενοι, εἴ τι ἔχοιεν κ. τ. λ. Herodo. 2, 160. πέμψω δ' ἐς Σπάρτην — νόσον πεισόμενον πατρός Odyf. α', 94.: πέμπει ὁ σκοπάρχης τινὰ, ἀγγελέντα ταῦτα τῷ Κύρῳ Xen. Cyr. 6, 3. 3. qui tamen etiam partic. praesentis vel potius imperf. ita usus est, ut περὶ δὲ τῶν ἀδῆλων, ὅπως ἂν ἀποβή-
σοιτα,

σοιτο, μαντευομένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα Αρομν. 1, 1. 6.: καὶ αὐτὸς κήρυκα ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν, λέγοντα ταῦτα, Cyr. 5, 4. 12.: ὁ δὲ αὐτῶ ἐξέπεμψεν ἀποκρινόμενον τοιαύδε ib. 5, 3. 4.: vbi tamen Zeunius nuper edidit ἀποκρινόμενον vnius cod. Guelf. auctoritate, quem putaret esse, vt suum, omnium optimum scilicet, vt apud Plat. Parmen. 9. cod. Tub. legit, ὡς ἀποκρινομένους pro ὡς ἀποκρινομένους. vt ap. Theophr. charr. 12, 2. ita positum extat partic. prael., ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. conf. Zeunius ad Viger. 6, 1. 18. not. 93, 3. εἶμι — ἐς Σπάρτην — νόσον πεισόμενος πατρὸς Odyf. β', 215.: ἐπερησόμενος — ὠχόμεν ὡς τὸν θεὸν Aristoph. Plut. 32.

praepositur insuper praepositio] vt, εἶδον αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν Marc. 6, 48.: vbi v. Heupelius. In editt. Lipsf. primis et Belgicis legitur, *praepositur insuper et praepositio*: vt, ἐν τῷ μὴ φρονεῖν ἡδίστος βίος Soph. in non intelligendo iucundissima vita est: ἐκ τῆ μηδὲν ποιῆσαι ex nihil agendo. Demosth: πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι ad concupiscendum: εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα vt ipse fieret pater: ἐπὶ τὸ ἀνάγκη πείθεσθαι ad necessario obtemperandum Isocr.

praecedit frequenter ἔνεκα — intelliguntur] Pro *finem significanti* rescribi debet *finem significans*, quae verba referantur ad nomina, *actio, vel passio*. In editt. Lipsf. primis et Belgicis, legitur, *praecedit — et ἔνεκα, vel χάριν, quae tamen quando actio, vel passio, gerundina alteri verbo, finem significans, subiicitur, subintelliguntur*: vt εἵνεκεν τῆ φανερωθῆναι τὴν σπερδὴν ad reuelandum studium: τῆ νικᾶν χάριν ἦλθε vincendi gratia venit: εἰδὲν ἀπίστον πρακτέον τῆ νικᾶν ἔνεκα, nihil perfide agendum vincendi causa. Sic, τῆ μέντοι ἐμὲ ἀνιᾶν, καὶ σὺν πονηροῖς ἑαδίως, οἶμαι, κρείττων ἔσαι, Xen. Cyr. 5, 4. 16. ἀρ' ἂν — καλὸν ποιῆσαιμεν, τῆ εὐθὺς φανεροὶ εἶναι, Id. ib. 5, 3. 2. τῆ δὲ μηδ' ἐντεῦθεν διαφεύγειν, σκο-

πὲς τῆ γιγνομένη καθίσης Id. ib. 1, 6. 19. p. 52.
Bosius in libello de ellipfi Graeca intelligi talibus in
locis iubet praeposit. ὑπέρ.

infinitivus — pro imperativo ponitur] Hac obserua-
tione carent editt. Lipff. primae, et in Belgicis legitur,
Infinitivus pro imperativo ponitur per enallagen modorum.
quae frequens est. Sic, κλαίειν, χαίρειν Rom. 12, 15. pro
flete, gaudete. Macrob. p. 689. Graeci aparemphato non-
nunquam pro imperativo utuntur — θαρσῶν νῦν, Διό-
μηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι [Il. ε', 124.] *id est μάχε-*
conf. Anonym. V. Hom. p. 308. Gal. 2. Joh. Gramma-
ticus de dial. Ion. p. 85. Baf. χρώνται δὲ καὶ τοῖς ἀπα-
ρεμφάτοις ἀντὶ προστακτικῶ· τανύσαι τάνυσον, κεί-
σθαι κείσο. Gregor. p. 197. f. αἱ παραλείψεις τῶν
ἀπαρεμφάτων ἀντὶ προστακτικῶν Ἰώνων εἰσι· πάντα
μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν [Il. β', 10.] ἀντὶ τῆ ἀγό-
ρευε· καὶ, Πειρᾶν δ', ὡς κεν Τρῶες ὑπερκύδαντας
Ἀχαιοὺς, ἀντὶ τῆ πειρῶ· καὶ, Ἀρκεῖσθαι παρ' ἐοῖς,
τῶν δ' ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι [Phocyl. v. 4, vbi nunc
legitur Ἀρκεῖσθαι παρῆσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Sed verba παρ' ἐοῖς h. e. παρὰ τοῖς f. σοῖς, magis
respondent adiectivo ἀλλοτρίων. qua scriptura probata,
etiam τῶν δ' legi debet], ἀντὶ τῆ ἀρκῆ, καὶ ἀπέχε-
καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα, καὶ παρ' Ὀμήρω, καὶ παρ'
Ἡσιόδω, εὐρήσομεν. Eufiath. ad Il. α', p. 110. 31. ὅτι
καὶ παρ' Ὀμήρω, καθὰ καὶ Ἡσιόδω, καὶ ἄλλοις,
ἀντὶ προστακτικῶν λαμβάνονται τὰ ἀπαρέμφατα.
vid. Il. α', 582. β', 10.: vbi tamen infinitivus ἀγορευέ-
μεν pendere videri possit a verbis βάσκη Ἰθι v. 8.: Il. ι',
256. f. Odyf. α', 317. γ', 19. δ', 542. Hesiod. Ἄσπ.
120. f. Ἐργ. 349. 353. f. 368. f. 452. 570. 573. f.
576. Neque vero Iones tantum hoc enallages modo-
rum genere vsi sunt: vid. Herodo. 4, 163. 5, 23. 105.
7, 159. 209. 228. conf. Portus Lex. Ion. v. ἀπαρέμ-
φατα ἀντὶ τῶν προστακτικῶν et Gronovius ad Arrian.
5, 11. 7. p. 210.: sed etiam Attici, et Dores. Moeris:
λαμβά-

λαμβάνειν, ἀπαρεμφάτως οἱ Ἀττικοί· ὡς Ἀριστοφάνης Ὀρνισιν [v. 1074. f. grammaticus enim sententiam verborum proëtae, non ipsa eius verba laudasse videtur]: εἰάν τις ἀποκτείνῃ τύραννον, τιμὰς λαμβάνειν· τὸ δὲ λαμβανέτω, Ἑλληνικῶς. Eustathius ad Il. α', 582. p. 155. 23. καὶ ἔρα, ὅτι τὸ καθάπτεσθαι καὶ ἀντὶ προστακτικῆ τοῦ καθάπτει εἶπεν, ὅπερ ἐστὶ σχῆμα ἐλλειπτικὸν Ἰωνικόν, ἢ καὶ Ἀττικόν, ὡς προγέγραπται [p. 110. 31.] Sic οἷς μὴ πελάζειν Aeschyl. Prom. 711.: vbi schol. 2. μὴ θέλε πλησιάζειν. Soph. Electr. 9. Φάσκειν Μυκῆνας — ὄραν· vbi schol. θέλε Φάσκειν, ἦγεν Φάσκε, λέγε. ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ τῆ βεβαίως ἐπίσασο. Plato Cratyl. 37. σὺ δ' ἂν τι ἔχῃς βέλτιόν ποθεν λαβεῖν, πειρασθῆαι καὶ ἐμοὶ μεταδιδόναι. Thuc. 6, 34. καὶ παρασηῆναι παντὶ, τὸ μὲν καταφρονεῖν τῶν ἐπιόντων. vbi codd. nonnulli legunt, παρασήτω· quod videtur grammaticis deberi, qui vim infinitiui παρασηῆναι ostendere legentibus voluerint: quorum hominum manus fieri potest, vt etiam apud Arist. Plut. 598. pro καὶ μὴ γρύζειν, quae est cod. Doruill. exquisita scriptura, reposituerint, καὶ μὴ γρύζεις quae est nunc librorum editorum lectio v. Hemsterhusius ad h. l. p. 196. et ad Lucian. p. 260. T. 1. Locos Theocriti huius generis enallages collegit Portus Lex. Dorv. v. ἀπαρεμφάτως ἀντὶ τῶν προστακτικῶν.

intell. verbo imperson. χρῆ, vel προσήκει] vel δεῖ v. Portus Lex. Dor. d. l. vel verbo κελεύω· v. Abreschius Obseruatt. ad N. T. p. 578. f. T. 1. animaduersf. Aeschyl. et Bosius v. κελεύω. Sic καὶ ἐμοὶ ἤδη χρῆ, ὡς πλεσίω, χρῆσθαι Xen. Cyr. 8, 2. 10.: vbi in cod. Alt. verbum χρῆ omissum est. Eurip. Helen. 85. ἐξαυδαῖν σὲ χρῆ. conf. Bengelius ad Chrysof. de sacerdot. p. 511.

etiam imperat. θέλε] vt, ἴσχεο μὴδ' ἔθει' οἷος ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν Il. β', 247. v. Palaietus ad Matth. 5, 34. et Bosius v. θέλειν. Sed intelligi saepenumero etiam

etiam imperatiuus μέμνησο potest Il. i, 255. σὺ δὲ με-
γαλήτορα θυμὸν ἴσχειν ἐν σήθεσσι et v, 257. ληγέ-
μεναι δ' ἔριδος. Aeschyl. Supplic. 210. μέμνησο δ' εἴκειν.
Epicharmus ap. Cic. ad Att. i. ep. 19. νᾶφε, καὶ μέ-
μνασ' ἀπιεῖν. Conf. Reiskius ad Theocr. Id, 10, 48.
p. 209. Priscian. gram. 18. p. 660. *Itaque apud Grae-
cos quidem pro imperatio ponitur [infinitiuus] — et
apud illos tamen — hoc fit per figuram ἐκλείψεως i. e.
defectionis. Gaudere enim dicunt pro gaude, et subaudi-
tur iubeo, vel volo, vel opto. Vnde imperatiuus et in-
finit. coniunguntur interdum v. Hesiod. Ἔργ. 335. Is.*

*saepissime etiam infinitiui — et ὡς] hac obseruatione
nosmet ipsi augeri iussimus grammaticam Welleri ante
hos viginti annos. Illustrauimus eam postea, atque
confirmauimus exemplis pluribus in annotationibus ad
Anacr. Od. 20, 15.: quibus addi possunt haec: ἐπειδὴ
βροτὸς ἐτέχθη, βίος τριβὸν ὀδεύειν Anacr. Od. 24,
1. f.: χέρνιβα — ἀμφίπολας προχῶ ἐπέχευε —
ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος, νίψασθαι Odyss. α, 136. f.
ad quem locum Eustath. p. 1404. 30. notauit haec:
ἐλλιπῶς ἔχει — καὶ τὸ χέρνιβα ἐπέχευε νίψασθαι·
λείπει γὰρ τὸ ὡσε, ἢ τοιοῦτόν τι· ἵνα λέγη, ὅτι ὕδαρ
ἐπέχεεν, ὡσε νίψασθαι.*

Ante vero, quam Welleri praecepta de aduerbio-
rum constructione explicare atque confirmare idoneo-
rum scriptorum auctoritate institueremus, visum est
locum de structura verborum obseruationibus quibus-
dam aliis illustrare, quarum cognitio patefacere atque
commendare posset studiosis linguae Graecae elegan-
tiam eius et copiam variam. Alias earum pertinere
iubebimus ad ellipsin verborum, alias ad periphrasin
eorum et pleonasmum, alias ad enallagen et antime-
rian: quas excipient praecepta nonnulla de vsu verbo-
rum quorundam exquisito, neque vulgari. Et *ellipsin*
quidem verborum ita attingemus, vt Lamb. Bosii, li-
brique

brique eius locupletatorum obseruationes, vel confirmemus magis, vel etiam corrigamus et suppleamus. Omitti enim nonnunquam ab optimis scriptoribus solent verba haec, sed fere tum, quum, vel vox, vel corporis motio, atque gestus dicentium, differentiumue, vicem eorum implent.

Βέλωμαι. Odyf. α, 271. εἰ δ' ἄγε νῦν ξυνίει· ad quem locum Eustathius p. 1416. 39. recte annotauit haec: ὅτι τὸ, εἰ δ' ἄγε νῦν ξυνίει, παρακελευσματικῶς ἔχον, δηλοῖ τὸ, εἰ δὲ βέλει, ἄγε ποιεῖ τόδε. Vox enim Mineruae post verba εἰ δ' quieuisse existimanda est.

Δεῖ. Hoc verbum non modo in formulis decretorum post infinitiuos omitti solet: vt, μηδένα τῶν ὑποτεταγμένων Ῥωμαίοις πολεμεῖν τῶν Ἰσθαίων ἔθνεσ· intell. δεῖ. Ioseph. Ant. 12, 10. 6. v. Kreblius ad decreta Roman. pro Iudaeis p. 16. et ad decr. Athen. pro Hyrcano p. 428.: sed etiam omnino post verba dicendi et statuendi, vt φράζειν, νομίζειν, βελεύεσθαι, δοκεῖν, aliaque similia: vt φράζουσιν — ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον· intell. δεῖν· Arist. Plut. 47. add. Xen. Cyr. 5, 3. 12. 5, 5. 1. 6, 1. 7. 7, 2. 5. 8, 1. 4. 8, 5. 12. Atque huc pertinet locus Plat. Cratyl. 41. p. 84. καὶ μὴ ἀνάγκασε πάντ' ἔχειν τὰ γράμματα· intell. τὸ ὄνομα δεῖν· nam ἀναγκάζειν ibi est dicere, contendere, ita vt alios iubeas tibi vel inuitos assentiri. Et Lysias 13. p. 451. T. 5. ὅτι ποιήσεις, ὥστε, μήτε τῶν τευχῶν διελεῖν, μήτε ἄλλο τὴν πόλιν ἐλαττώσας, μηδέν intell. δεῖν.

Διαδέομαι. Obseruatio, quae in libro Bossiano de ellipsi huius verbi legitur, translata illuc tota a Leisnero est ex Iensii lectionibus Lucianeis 1, 10. p. 110. h. e. ad Lucian. dial. mortt. 10. p. 365. T. 1. Debat vero Iensius locos illos Luciani referre ad ellipsin verbi ἔχειν, vel φορεῖν, vt nomina τὴν πορφυρίδα, et τὸ διαδέημα, dial. mortt. 10., et nomina τὸν κίνδυν,

et

et τὴν τιάραν, in Conc. deor. 9. haberent, vnde penderent.

Δίδωμι. II. ή, 179. Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἷον· vbi Eustath. p. 674. 48. haec habet, τὸ δὲ σχῆμα κἀνταῦθα τῆς εὐχῆς, Ἀττικῶς ἠπεικτα κατὰ ἔλλειψιν· λείπει γὰρ τὸ δός. Herodo. 5, 105. ὦ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίε· τίσασθαι vbi v. Valckenar. Odyf. ε', 354. Ζεῦ ἄνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι· ad quem locum Eustath. p. 1823. 35. notavit haec: ὅτι Ἀττικὸν σχῆμα εὐχῆς τὸ, θεὸ ἄνα, τὸν δεῖνά μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι· λείπει γὰρ κἀνταῦθα, τὸ δός, ἢ ποιήσον [v. Gregor. p. 53. f. et ibi Koen.] ἢ εὐχομαι, ἢ τοιοῦτόν τι. Schol. Arist. ad Acharnn. 816. f. intelligi ita iubet γένοιτο. Xen. Cyr. 5, 4. 7. δέχσ τὰ ξένια οἷα ἐγὼ δύναμαι· intell. δίδοναι vel δέναι.

Δύναμαι. Lucian. de astrol. 7. p. 363. T. 2. Reiz. καὶ οἱ ἄλλοι τὰλλα, ὡς ἕκαστοι, ἱλασκοντα· intell. δύνανται· vbi v. Gefnerus.

Ἐθέλω. Aeschyl. S. c. Thebb. 259. Θεοὶ πολῖται, μή με δελείας τυχεῖν· vbi schol. 2. intelligi debere ostendit θελήσητε.

Εἶμι. Hoc verbum omittitur saepe ab Atticis maxime; v. Gregor. p. 66. et ibi Koenius: vt post vocabula verbalia in εον desinentia, de quibus supra ad gram. p. 230. dictum est, ita post adiectiua neutra singularia, omninoque post adiectivum ἔτοιμος fere tum, quum hoc, neque nomen personae proprium, neque pronomen personale, comitem habet, etiam post substantiua. Plato Cratyl. 26. οὐκ ἀποδειλιατέον, ἀλλ' ἐπισκεπτέον· c. 36. ἐπισκεπτέον· c. 41. συνθετέον· c. 44. p. 92. ἀλλ' ἄττα ζητητέα· ib p. 93. καὶ μαθητέον καὶ ζητητέον· Id ib. 36. εἰ ἄρα τῆτο ἀληθές. Herodo. 1, 90. εἰ ἀχαρίσισι νόμος εἶναι τοῖς Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι. Aeschyl. Prom. 47. τῶν νῦν παρῖντων ἐδὲν αἰτία

αἰτία τέχνη. v. annott. ad Cratyl. 1. partic. 5. p. 15. Dorvill. ad Charit. p. 49. 520. et Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 355.

Ἐπόμνυμι et ὄμνυμι. Soph. Electr. 1066. f. ἀλλ' εἰ τὰν Διὸς ἀτραπᾶν, καὶ τὰν ἑρανοῖαν θέμιν. Anacr. Od. 31, 1. Ἄφες με, τοὺς θεῶς σοι, Πιεῖν· vbi v. notae nostrae. Nam Longus Pastorr. 4. p. 126. Mol. σοὶ ἐπόμνυμι τὸν ἐμὸν θεόν et Xen. Cyr. 5, 1. 12. ὡς ὄμνυμι ὑμῖν πάντα τὰς θεῶς. Conf. Arnaldus animaduersf. criticc. 5. p. 26.

Ἐπω. Aeschyl. Prom. 46. ὡς ἀπλῶ λόγῳ· intell. εἰπεῖν v. supra ad gram. p. 233.

Λέγω. Plur. λέγῃσι deest apud Lucian. de saltat. 21. p. 279. T. 2. vbi v. Solanus, et Gesnerus. Sic apud Theophr. charr. 4, 3. τὸ ἀργύριον — παρὰ τῆ λαβῶν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, vt legitur etiam in cod. August.: vbi quidam, Casaubono auctore, ediderunt, λίαν λέγων λυπρὸν εἶναι· vt c. 20, 3. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τῆ ποτηρίῃ εἰπεῖν, ὅτι τὸ τέρψον τὰς παρόντας παρεσκεύασαι, e cod. Vatic. interpolato pro καὶ παρακαλῶν [f. παρακαλεῖν] δὲ ἐπὶ τῆ ποτηρίῃ, ὅτι τέρψον τὰς παρόντας. Nam qui nummos reprobat, is etiam caussam huius iudicii sui afferre solet: et vtroque illo loco partic. λέγων continetur infinitiuis ἀποδοκιμάζειν et παρακαλεῖν, vt apud Eurip. Phoen. 196. infinit. δώσειν pendet a verbo λέγει, vel paraphrasta auctore, ἀπειλεῖ, quod continetur quodammodo nomine μεγαλαυροῖαν v. 192. conf. Krebsius ad decrr. Romann. pro Iudaeis p. 20. f. Sic ap. Cic. Off. 3, 14. 3. Pythius ei quidam — venales quidam se hortos non habere: intell. dixit, vbi v. Heusingerus maior.: et ib. c. 27, 2. sententiam ne diceret, recusauit; quamdiu iureiurando hostium teneretur, non esse se senatorem: intell. dicens, quod continetur verbo recusauit: vt 13. ep. 27. 2. C. Avianus — mihi — gratias egit — nec liberalius, nec honorificentius, tractari potuisse, nec se

se praesentem, nec rem familiarem absentis patroni sui: intell. ostendens, describens: quae participia continentur verbis gratias egit.

Λογίζομαι, vel ἀναλογίζομαι, λέγω vel ἐπιλέγω, vel μέμνημαι, vel φράζομαι. Participia horum verborum fere omitti solent post verba μακαρίζειν, vel ἀποκλαίειν, σέβειν, ἀνολολύζειν, ὀλοφύρεσθαι, θρηνεῖν, κατοικτεῖρειν et alia similia, ante adiectiva οἶος, et ὅσος. Nam qui alios felices et beatos praedicant, qui lugent, lamentantur, deflent vel suos vel alterius casus, ii causas luctus et miserationis vel voce indicant, vel certe mente complectuntur atque repetunt. v. ad Plato Phaed. 66, 19.: Herodo. 1, 31. αἱ δὲ Ἀργεῖαι τὴν μητέρα αὐτῶν [ἐμακαρίζον] οἶων τέκνων ἐκύρησε. Id. 2, 141. τὸν δὲ ἰρέα — πρὸς τῷγαλμα ἀποδύρεσθαι, οἷα κινδυνεύει παθεῖν. Eurip. Alc. 948. ἴ. οἱ δὲ δεσπότην Στένωσιν, οἷαν ἐκ δόμων ἀπώλεσαν. Soph. Electr. 751. ἴ. ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν, οἷ ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά. Xen. Cyr. 7, 3. 5. κατοικτεῖρων τὴν γυναῖκα, οἷς ἀνδρὸς σεροῖτο, καὶ τὸν ἀνδρα, οἷαν γυναῖκα καταλιπὼν ἐκέτ' ὄψοιτο Herodo. 8, 12. οἱ δὲ στρατιῶται — ἐς φόβον κατισέατο, ἐλπίζοντες πᾶγχυ ἀπολέσθαι, ἐς οἷα κακὰ ἦκον. Id. 5, 4. τὸν μὲν γινόμενον ὀλοφύρονται, ὅσα μὲν δεῖ — ἀναπλήσασθαι κακά. add. Aeschin. Socr. 10. not. 17. — Demetrius Cydon. ep. 1. p. 33. edit. Matthaeii, τὸς μὲν ἐμὲς πολίτας ἀναγκάσας θρηνεῖν, μεμνημένους, οἷων ἐσέρηνται. Thuc. 5, 7. ἀναλογιζομένων δὲ τὴν ἐκείνῃς ἡγεμονίαν, πρὸς οἷαν ἐμπειρίαν, καὶ τόλμαν, μετὰ οἷας ἀνεπισημοσύνης, καὶ μαλακίας, γενήσοιτο. Sic apud Xen. Cyr. 8, 2. 7. πολλὰς ἐποίησεν — κατοπτεύειν, τί ἂν ἀγγείλαντες ὠφελήσειαν βασιλέα, post verbum κατοπτεύειν omissum esse videtur partic. λογιζομένων aliudue simile; nam qui observant aliorum facta et dicta, quae ad amicum, ad regem deferant, hi cogitare secum solent, quid potissimum ei renuntient, vt rationibus ipsius consulant.

Μαν-

Μανθάνω. Lucian. pro mer. condd. p. 705. T. I. εἰ τοίνυν μὴ κακῶς ἐγὼ τὴν μαντικὴν· intell. ἐμάνθανον, vel οἶδα· vbi v. Gesnerus.

Ὁράω et Φυλάττομαι. Imperatiuus horum verborum ante particulas μὴ et ὅπως fere omittitur. Il. ε', 487. f. μὴ πως — ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἔλωρ, καὶ κύρμα, γένησθε. add. Il. α', 26. Odyf. ó, 12. σ', 333. τ', 81. Plato Cratyl. 40. p. 80. 83.: Xen. Cyr. 4, 1. 2. ταῦτα ἐνθυμέμενοι μὴ ποτε παύσησθε. vbi Iunt. et cod. Guelf. habent παύεσθε. quod videtur esse glossema a grammaticis profectum. Aeschyl. Prom. 626. μὴ τοι με κρύψης τῆθ', ἔπερ μέλλω παθεῖν· schol. 2. ὄρα ἴνα. Arist. Plut. 326. f. ὅπως δέ μοι καὶ τὰλλα συμπαρασάτα ἔσεσθε, καὶ σωτήρες ὄντως τῆ θεῶ. Aeschyl. Prom. 67. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτε. schol. 1. λείπει τὸ σκόπει, ὄρα. schol. 2. ὄρα, Ἀττικῶς. vt ap. Plat. Gorg. 17. p. 73. ante verba μὴ ἀγροικότερον in cod. Mermann. superscriptum extat, ὄρα. Lyfias p. 24. f. T. 5. ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πεύσεται. add. Xen. Cyr. 3, 3. 19. 4, 2. 19. 5, 4. 10. Theophr. charr. 24, 3. Plato Gorg. 43. p. 156. Sed Herodo. 3, 36. ὄρα, ὅπως μὴ σευ ἀπασήσωνται Πέρσαι. Id. 7, 103. ὄρα, μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἶη. add. Plato Criton. 10.: Aeschyl. Suppl. 507. Φύλαξαι, μὴ θράσος τέκη φόβον.

Ποιέω vel πρᾶττω. Haec verba fere omittuntur post formulas τί ἄλλο, et οὐδὲν ἄλλο, sequente particula ἢ. Xen. Apomn. 2, 3. 17. τί γὰρ ἄλλο, εἶφη ὁ Σωκράτης, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδείξαι; Thuc. 4, 14. οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι — ἄλλο εἶδεν, ἢ ἐκ γῆς ἐναυμαχῆν. Plat. Cratyl. 27. οἷον εἶδεν ἄλλο, ἢ χωρεῖν. Demosth. p. 24. T. 1. εἶδεν ἄλλο, ἢ χλευάζει ὑμᾶς. v. nos ad Phaedon. 20, 18. et Abresch. dilucc. Thucyd. p. 180. Sic Liu. 2, 32. 9. ventrem. — nihil aliud, quam datis voluptatibus frui. add. Nep. Ages. 2, 4. coll. Hannib. 10, 1. v. Duckerus ad Flor. 3, 23. 3. Sic τί δέ, εἰ

μη̄ ὑπισχνεῖτό γε ἐπιμελήσεσθαι intell. ἄλλο ἐποίησ' Xen. Oec. 9, 1.: vbi v. Bachius. Plat. Cratyl. 41. p. 85. εἰάν τε τις συνθῆται, ὥσπερ νῦν σύγκεται, εἰάν τε καὶ τέναντιον. intell. ποιήση Theophr. charr. 13, 1. οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀνασᾶς, ἃ μὴ δυνήσεται intell. ποιῆσαι. sed Xen. Cyr. 2, 2. 5. καὶ ποιήσεν ἃ μὴ ἱκανοὶ εἰσιν, ὑπισχνυμένοις.

Φαίνομα. Plato Cratyl. 20. ὥς γε ἐκ τῆ̄ λόγῃς τέττε' sed Aeschin. Socr. 1, 3. οὐκὲν φαίνεται γε δὴ ἐκ τῆ̄ λόγῃς. Plato Phaedon. 35. τί — ὑμῖν τὰ λεχθέντα. Xen. Apomn. 3, 14. 3. ὁ δὲ μικρῶ σίτω — πολὺ ὄψον ἐπεσθίων; sed Aeschin. Socr. 3, 10. ὁ δὲ κελεύων — τί σοὶ φαίνεται; intelligi etiam δοκεῖ potest, nam Cyr. 6, 3. 11. legitur, αἱ δὲ βαδύτεραι Φάλαγγες — τί σοὶ δοκῶσιν;

Herodotus verba a praepositionibus composita ita ponere solet, vt verba simplicia a praepositionibus, interuentu particulae μὲν, diremta in vno inciso, in altero omittantur, relicta praepositione, quam particula δὲ comitetur: vt, 8, 33. κατὰ μὲν ἕκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαεράδραν, καὶ Ἐρωχον 8, 89. ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς — ἀπὸ δὲ ἄλλοι, πολλοὶ τε, καὶ ὀνομαστοὶ Περσέων. 9, 5. κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτὴ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. conf. Eustath. ad Il. ε̄, p. 601. 23.

Verborum, quae res contrarias et inter se diuersas significant, vnum ita ponitur nonnunquam in vno inciso, vt alterum in altero inciso omissum inueniatur, vt, ἤχι ἐκάσῳ Ἴπποι ἀερίποδες, καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο, Il. γ', 326. f. intell. εἰσήκεσαν. v. schol. Soph. ad Electr. 437. 1 Tim. 4, 3. κωλύόντων γαμῆν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων intell. κελευόντων Sic Phaedr. 4. fab. 17. 31. non veto dimitti, verum cruciari fame; intell. iubeo: v. ad h. l. Faber, et alii, qui a Burmanno laudantur: itemque Stauerius ad Hygin. fab. 14. p. 54. Haec ipsa obseruatio cadit etiam in verba, quorum

vnum

vnum ad alterum refertur: vt, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι — αἶ μὴ δυνήσεται· intell. ποιῆσαι· Theophr. charr. 13, 1. coll. Xen. Cyr. 2, 2. 5.: δέχεσθαι τὰ ξένια οἷα ἐγὼ δύναμαι· intell. δίδοναι. Xen. ib. 5, 4. 7.

Caeterum diligentissimi scriptores, inprimisque Attici [Gregor. p. 19. f. ibique Koenius] in enuntiationibus hypotheticis h. e. iis, quarum priori parti praemittuntur particulae εἰ, εἰάν, ἢν, καὶν similesque, solent fere omittere partem posteriorem tum, quum, vel sonus vocis, vel vultus, reliquisque motus corporis, et gestus loquentis iam declarant quid desit, quidque intelligi debeat, quam orationis figuram scholiastae, aliique grammatici veteres ἀνανταπόδοτον vocant. v. Casaubonus ad Athen. 5, 2. p. 332. f. 8, 15. p. 629. conf. Herodo. 8, 62. V. Hom. 33. Thuc. 3, 3. Il. κ', 111. Odyf. φ', 260. f. Aristoph. Thefmoph. 543. Apodosin adiecit Theophr. charr. 9, 2. εἰάν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει. Plato Sympos. 8. εἰ μὲν γὰρ εἰς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε. v. Obsf. miscell. Vol. 3. p. 145. f. Sic etiam verba νῦν δέ, et ὁμῶς δέ interponuntur orationi, ab Atticis maxime, simpliciter, vt verba, quae ad complendam sententiam pertineant, addi mente a legentibus debeant: vt, εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χρήματα, ἐτιμησάμην ἂν χρημάτων, ὅσα ἐμελλον ἐκτίσειν· εἰδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην· νῦν δέ εἰ γὰρ ἔστιν, Plato Phaedon. 28. intell. οὐ δύναμαι τιμῆσασθαι χρημάτων. Lyfias 8. p. 305. T. 5. καὶ ταῦτα εἰ μὲν ἠπίσθην, ἐξελέγχεσθαι ἂν ἐζήτησθαι νῦν δέ· ζυμβαίνει γὰρ καὶ ταῦτα τοῖς προτέ κ. τ. λ. intell. ἐξελέγχεσθαι εἰ ζήτησθαι. add. Soph. Electr. 784. coll. 787. Lyfias 12. p. 224. T. 5. ταῦτα δέ ἐπίσασθε μὲν καὶ αὐτοὶ, καὶ οἶδ', ὅτι εἰ δέ μάρτυρας παρασχέσθαι. ὁμῶς δ' ἐγὼ τε γὰρ δέομαι ἀναπαύσασθαι. intell. μάρτυρας παρέξομαι.

Sed videmur, pro instituto nostro, fatis exposuisse de verborum defectione, quam saepe etiam vrbanitatis studium peperit: vt ap. Xen. Cyr. 6, 2. 7. p. 235.

Lipf. ὁπότε ἀπαγγελλομένων· intell. φοβεῖσθε· Cyrus enim putandus est tum quieuisse, et verbum φοβεῖσθε expressisse nutu et gestu, ne forte offenderet aures militum. Sequitur, vt de pleonasmō eorum, et periphrasi pauca dicantur. Paucissima enim verba aliis verbis ita adduntur, vt redundant, immo eorum plurima hanc habent vim, vt modestiae et vrbauitatis studium declarent, vel modum quendam, actionem, atque affectionem, significant, quae Latine aduerbio fere commode exprimi possit. Atque huius generis verba sunt, ex nostra quidem obseruatione, haec:

Ἄνεχομαι. Herodo. 8, 26. οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἰπέ τε ἐς πάντας τάδε, h. e. neque tenuit silentium, pro siluit.

Ἄνύτω. Imperatiui huius verbi et participia, aliorum verborum imperatiuis et participiis, etiam temporibus finitis, ita iunguntur, ab Atticis maxime, vt celeritatem actionis, quae altero verbo significatur, indicent, non vt redundant, vt perperam praecipit schol. Luciani Piscator. p. 614. T. 1.: vt ἀνύσας τρέχε Arist. Plut. 229.: λέγ' ἀνύσας, ὅ, τι φῆς ποτε, Id. ib. 349. add. Vesp. 30. Moeris: ἀνύσας λέγε, ἀττικῶς· συνελῶν λέγε, ἑλληνικῶς· conf. Albertius ad Joh. 13, 27. Arist. ib. 413. ἄννε πράττων ἐν γέ τι. Vesp. 1163. ἀνυσέν ποτ' ὑποδυσάμενος. Lyfistr. 919. κατάκεισ' ἀνύσας τι. Nubb. 635. ἀνύσας τι κατάθες. Id. Lyfistr. 439. κ' ἀνύσαντε δήσετον. Equitt. 71. ἀνύσαντε φροντίσωμεν. add. Rann. 1201. f. Plut. 975. οὐκ ἐν ἐρεῖς ἀνύσασα τὸν κλισμὸν τίνα; add. id. Vesp. 202. 397. 843. 1156. f. Pac. 273. f. Eccleff. 1051. Acharnn. 569. f. His igitur aliisque in locis verbum ἀνύτεν reddi Latine potest aduerbiis *statim*, *breviter*, *paucis*, *cito*. v. Albertius ad Hesych. p. 409. T. 1. et ad Joh. 13, 27. Ipse Aristophanes hoc nos docet, qui participio ἀνύσας, interpretationis causa adiunxit adu. θάττον Nubb. 1255.
οὐκ ἐν

οὐκ ἐν ἀνύσας τι θᾶπτον ἀπολιταργιῆς Ἀπὸ τῆς θύρας; sed ἤνυσεν περᾶν ap. Aeschyl. Persf. 723. simpliciter dictum pro ἐπέρασεν videtur.

Ἄξιόω. Arist. Plut. 1085. ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἤξιες πίνεν, h. e. ἔπινες Xen. Cyr. 7, 1, 21. τί ἡμῖν ἀξιώσεις χρησθᾶν; h. e. χρῆση.

Ἄρχομαι. Hoc verbum non semper initium actionis, imino ipsam saepe actionem, quae infinitivus, quos sibi iunctos habet, significatur, declarat. Multos huiusmodi scriptorum locos conguessere Georgius Vindicc. N. T. ab Hebraisimis p. 307. fs. et Palairetius ad Matth. 16, 22. p. 56. f. quo tamen in numero nonnulli sunt alieni. Nam auctores librorum N. T. certissimum secutos esse hoc quoque in genere vsum verbi Hebr. בָּרַח v. nos ad Leusden. de diall. N. T. p. 121.

Βαίνω. Hoc verbum, infinitivus, vel participiis aliorum verborum iunctum, celeritatem actionum exprimit, ita, vt reddi adu. *statim*, *celeriter*, *continuo* possit. Il. β', 183. βῆ δ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο h. e. *proripuit se*, *continuo discessit e cubiculo* add. Odyf. β', 5. 298. Il. ζ', 296. Sed Il. δ', 74. βῆ — αἰξασα. Il. β, 302. οὐς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. Il. α', 391. ἔβαν — ἄγοντες. Il. β', 665. βῆ φεύγων, *celeriter aufugit*. Etiam Hebr. verbum בָּרַח ita iunxisse videntur aliis verbis. vid. Proluss. de versf. Gr. V. T. 3, 8. p. 102.

Βέλομαι et ἐθέλω. Aristoph. Plut. 290. 292. ἐγὼ βελήσομαι — ὑμᾶς ἄγειν. Plato Cratyl. 38. αὕτη μοι φαίνεται — βέλεσθαι εἶναι ἢ τῶν ὀνομάτων ὀρθότης add. Matth. 18, 23. add. Arist. Plut. 512. f. 528.: Xen. Cyr. 8, 1. 1. τὴν μάλισα τοῖς ἀρχαῖσιν ἐθέλουσιν πείθεσθαι. add. 7, 4. 2. 8, 1. 6. 9. 10. Herodo. 2, 99. εἰ — ἐθέλησει — ῥήξας ὑπερβῆναι ὁ ποταμὸς ταύτη· add. ib. 1, 78. 109. 7, 157. v. Gatakerus ad Anton. 10, 8. p. 293. b. Trai. et aduersfarr. miscell. 1, 3. p. 193. a. Trai. Sic Cic. 13. ep. 6, 6. *hanc com-*

mendationem, quam his literis consignare volui, scito esse omnium grauissimam: quod quidem modestiae causa dictum apparet, quum Cic. f. 8. neget, se quenquam grauissime commendare posse. v. omnino Brouckhusius ad Tibull. 1, 5. 50. Graeci enim ipsi hac circumlocutione vtuntur fere tum, quum ostendunt, fecisse aliquem et facere aliquid, haud inuite, immo sponte, et libenter. Possunt huc referri etiam loci hi: Herodo. 3, 77.: Act. 2, 12. τί ἂν θελοῖ τῆτο εἶναι. Herodo. 5, 106. τί δ' ἂν ἐπιδιζήμενος, ποιέοιμι ταῦτα. Id. 3, 156. 4, 145. 5, 13. 6, 37.

Γίνεται et ἐκγίνεται contingit. Matth. 18, 13: καὶ εἰάν γένηται εὐρεῖν αὐτὸ h. e. εἰάν εὐρηῖ intelligi enim potest αὐτῶ· vt Herodo. 1, 78. ἀπικομένοισι — τοῖσι θεοπρόποισι — ἐκ ἐξεγένετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι. add. 7, 4. 8.

*Διάγω, διατελῶ, διατρίβω. Haec verba cum participiis aliorum verborum, actionem quandam significantium, ita construuntur, vt indicetur continuatio quaedam, atque perpetuitas, intellectu accusatiuo nominum temporis, vt τὸν χρόνον, τὸν βίον, aliorumque, sic vt saepe possint commode reddi aduerbiis *semper, usque, perpetuo, διὰ τέλος* [Xen. Cyr. 7, 5. 26.] vt Xen. Cyr. 1, 2. 6. διάγῃσι μανθάνοντες δικαιοσύνην, h. e. μανθάνῃσι, auctore Zonara Chron. p. 108. T. 1. Wolf. add. 8, 8. 5. 5, 4. 16.: 1, 2. 12. αἱ φυλαὶ διατρίβῃσι μελετῶσαι τὰ — ἄλλα — καὶ διαγωνιζόμενοι — πρὸς ἀλλήλους διατελεῖσιν add. Demosth. p. 243. T. 1.: Herodo. 9, 26. τὰ διατελέομεν ἔχοντες. Id. 6, 117.: δεδιότες — διατελεῖσιν, Isocr. ad Phil. p. 252. T. 1. add. Herodo. 6, 117. Sed Isocr. Archid. p. 32. T. 2. τυραννῶν — τὸν βίον διετέλεσε. Id. ib. p. 56. T. 2. ὅτι τὸν πάντα χρόνον ἐν ταραχαῖς — διατελέσομεν ὄντες. Lyfias p. 582. T. 5. πάντα τὸν χρόνον διατετέλεκα — τὰς ἐξόδους ποιέμενος — ἀναχωρῶν· vt ap. Polyb. 2, 5. additum est adu. αἰεὶ inter-*

interpretationis caussa, ταύτας γὰρ αἰεὶ τὰς χώρας Ἰλλύριοι πορθῆντες διετέλεον. et ap. Herodo. 9, 73. προεδρῆν διατελέει ἐς τὸδε αἰεὶ ἐπι ἔβσα. add. 7, 111. Herodo. 1, 196. ἔ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἐών. add. 4, 162. 2, 19. 22.: Id. 4, 28. τὲς ὀκτῶ μῆνας διατελέει χειμῶν ὦν. Id. 9, 26. τὰ διατελέομεν ἔχοντες. Id. 6, 52. τὲς ἀπὸ τέτων γενομένους ὡσαύτως διατελέειν. intell. διαφόρους ὄντας, vel διαφερομένους praecedunt enim verba διαφόρους εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς ζῆσης. Sic ap. Isocr. Panegy. p. 150. T. 1. καὶ νῦν ἐτι διατελεῖσι intell. ἔσαι, e verbis quae antecedunt, καὶ τότε ἦσαν μέγισται. Isocr. Euag. p. 81. T. 2. ἰδιώ-ης ὦν διετέλεσεν. Id. Panath. p. 315. T. 2. αὐτόνομοι διετέλεσαν ὄντες. Id. c. sophist. p. 333. T. 2. ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες. add. Herodo. 7, 153. Sed librarii videntur talibus in locis particip. verbi substantiui saepe omisisse, vt ap. Xen. Cyr. 1, 5. 7. ἀναγώνιστος διατελέσειν. Apomn. 1, 6. 2. ἀνυπόδητός τε, — διατελεῖς. quem tamen locum ita laudat Georg. Lecapenus excc. gram. ap. Matthaeium lectt. Mosquensf. Vol. 1. p. 62. et ap. Phauor. v. διατελῶ, vt doceat verbum διατελῶ esse etiam ἐναπέλυτον.

Δοκέω. Hoc enim verbum iungitur infinitiuis aliorum verborum ab Atticis modestiae caussa, vt ap. Lat. verbum videtur, vt Xen. Cyr. 1, 1. 1. ἐδοκῆμεν καταμαμαθηκέναι. 1, 1. 5. ἠσθῆσθαι δοκῆμεν. Theophr. charr. 1, 1. δόξειεν ἂν εἶναι. sed c. 3, 1. est ἐσί. v. ind. Graecit. Theophr. v. δοκεῖν add. Xen. Cyrop. 4, 3. 4.: Matth. 3, 9. μὴ δόξητε λέγειν, h. e. λέξητε vbi v. Hammondus. Luc. 3, 8. habet, μὴ ἀρξῆσθε λέγειν. Marc. 10, 42. οἱ δοκῆντες ἀρχεῖν, h. e. οἱ ἀρχοντες Matth. 20, 25. v. omnino Kypkius ad Marc. d. 1. et Hammondus ad Matth. 3, 9. Arist. Plut. 422. εἶναι μοι δοκεῖς h. e. εἶς. vbi v. Berglerus, itemque Hutchinsf. ad Cyrop. 1, 1. 1. p. 6. et in addendis p.

672. qui tamen sua Stephano debet: et Gatackerus aduers. miscell. 1, 3. p. 191.

Δύναμαι. Timaeus Locr. p. 559. f. Gal. 2. τὸ [f. τὸ μὲν] θερμὸν διαχεῖ τὰν ἀφάν, τὸ δὲ ψυχρὸν συνάγειν δύναται. Plures scriptorum veterum locos, qui redundantiam verbi δύνασθαι loquantur, laudant Palai-retus ad Marc. 2, 19. p. 107. et Krebs. ad decr. Athen. pro Hyrcano p. 407.: in quibus tamen nonnulli ἀπροσ-δύουσοι sunt, vt Marc. 2, 19. et Gen. 43, 32.: ibi enim verbum δύνασθαι natua sua praeditum potestate extat.

Εἶμι. Huius verbi praesens infinitiui et participii additur verbis aliis ita, vt celeritas actionis, agentisque studium significetur: vt παραβαλλόμενοι — ἐκ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἵμεν h. e. παραβαλλόμεθα, Xen. Cyrop. 2, 3. 5. p. 75. Lipsf.: sic enim non ἴσμεν legitur in cod. Alt. in quo tamen alia manus verticibus literarum ι , et μ , imposuit literam σ et in marg. cod. Guelf.: ἐνεγκ' αὐτοὺς ἰών Aristoph. Equitt. 966.: ἐγὼ δὲ κεν αὐτὸς ἔλωμαι, ἢ τεὸν, ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας Il. α', 137. f.: vid. Doruillius ad Charit. p. 297. Amstel. βῆ δ' ἵμεναί Odyf. β', 394. Sed aliud est ingenium formularum ἦια λέξων Herodo. 4, 82. 5, 62.: ἦα ἐρῶν Plato Theaet. 27.: vbi v. not. 6.

Εἶμι. Infinitiuus huius verbi ab Atticis in formulis, τὸ ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, τὸ τήμερον εἶναι, τὸ νῦν εἶναι, ἐκὼν εἶναι, ita ponitur, vt etiam abesse possit. Gregorius p. 29. f. καὶ τὸ εἶναι παρέλκειν παρ' αὐτοῖς [Ἀττικῶις] ἐγνω-ρίσαμεν, ὡς καὶ παρὰ Θεκυδίδη, πάντων μὲν μάλιτα ἐν τῇ ὀγδόῃ· οἷον ἐσι καὶ κείνο, Καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, καὶ ἀκρίτοι, καὶ βιαίτερον, ἀποθνήσκοιεν. Haec verba leguntur apud Thuc. 8, 48.: vbi schol. ad verba, τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι adscripsit haec: τὸ εἶναι πε-ριττόν. Τὸ τήμερον εἶναι Plato Cratyl. 15.: vbi haec formula refertur ad αὐρίον. vt aduerbium τήμερον. ap. Xen. anab. 4. p. 306. Hutchinsf. min. Moeris:
τῆμε-

τήμερον εἶναι, Ἀττικῶς ὡς Νεφέλαις [v. 1512.] κερ-
 χόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον εἶναι· τὸ σήμε-
 ρον ἔχον, Ἑλληνικῶς. Tho. Mag. v. τήμερον· τὸ δὲ
 τήμερον εἶναι, καὶ τὸ τήμερον ἔχον, κρείττω, ἢ τὸ νῦν
 εἶναι, καὶ τὸ νῦν ἔχον. Xen. Hier. 7, 11. ἐκῶν εἶναι·
 vbi v. Bachius add. Cyr. 2, 2. 8. Thuc. 2, 89. τὸν δὲ
 ἀγῶνα — ἐκῶν εἶναι ποιήσομαι· Ischol. τὸ εἶναι παρέλ-
 κει Ἀττικῶς· ἐδὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις συντάξεσι
 δηλοῖ. add. ib. 6, 14. Sed Iones quoque iam pro ἐκῶν
 dixeret ἐκῶν εἶναι et ἐκῶν τε εἶναι· v. Herodo. 7, 104.
 164. 8, 116. 9, 53. apud quem 8, 30. legitur etiam
 ἀλλ' ἐκ ἔσεσθαι ἐκόντες εἶναι προδότηι τῆς Ἑλλάδος. vt
 9, 7. 1. add. Thuc. 4, 98. Conf. Portus Lex. Ion.
 v. εἶναι.

Et formulae, e verbo substantiuo et ablatiuo nomi-
 num substantiuorum compositae, quem praepositio ἐν
 comitatur, idem declarant, quod verba, a quibus no-
 mina ducta sunt, vel actiua vel passiuā: vt εἶναι ἐν πο-
 ρείᾳ Plat. Cratyl. 27. h. e. πορεύεσθαι. c. 26.: ἐν ἀπο-
 ρείᾳ εἶμι Id. ib. 27.: ἐν ὠφελείᾳ εἶναι Xen. Cyr. 8, 5. 8.:
 εἶναι ἐν θαλίῃσι Herodo. 3, 27.: εἶναι ἐν θυσίῃσι, καὶ
 εὐπαθίῃσι. Id. 8, 99.: ἐν θυῶματι εἶναι Id. 1, 68. h. e.
 ἀποθυῶμάζεν. ibid.: εἶναι ἐν παρασκευῇ h. e. παρα-
 σκευάζεσθαι Thuc. 2, 101.: ἐν ἀπόρῳ εἶναι Id. 3, 22.:
 εἶναι ἐν πολλῇ ἔριδι Id. 2, 21.: sed ἐν θυῶματι γενέ-
 σθαι Herodo. 7, 218.: ἐν μεταμελίῃ γενέσθαι Id. V.
 Hom. 19.: Sic in odio esse Cic. Phil. 1, 14.: in caritate
 et honore esse, Liu. 1, 39.: in famulatu esse h. e. famu-
 lari Cic. Lael. 19.: in obsidione esse, h. e. obsideri, Nep.
 Eumen. 5, 6.: in colloquio esse h. e. colloqui Id. Dat. 11,
 3.: in poena esse Cic. p. Ligar. 5.: in summa laude esse
 Nep. Iphicr. 2, 4.: esse in magna spe Cic. 13. ep. 19, 2.
 in magno terrore esse Plin. H. N. 37, 4. vid. index Grae-
 cit. Aeschin. v. εἶμι, et quos ibi laudauimus.

Denique tertiae pers. praef. huius verbi datiuī par-
 ticipior. et adiectiuor., ita iunguntur, vt existat cir-

cum locutio quaedam ipsorum verborum: qua formula primus, quod sciamus, Homerus vsus est: quo praeeunte eandem Attici veteres et Iones, hisque auctoribus, posterioris aetatis scriptores frequentare instituerunt, et exemplo eorum etiam Latini. Il. ξ', 108. ἐμοὶ δὲ κεν ἀσμένω εἶη, h. e. ἐγὼ δ' ἂν ἀσμενίζοιμι. Thuc. 2, 3. τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιέων ἐβλομένω ἦν — ἀφίστασθαι, h. e. τὸ πλήθος ἐκ ἠβέλετο. Il. 7, 35. εἶπον ἐκ ἂν σφίσι βλομένοις εἶναί τὴν στρατὸν ἰέναυ. Plato Gorg. 3. p. 27. εἰ αὐτῶ γε σοὶ βλομένω ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι Herodo. 8, 10. ὅσοι δὲ καὶ ἠδομένοισι ἦν τὸ γεγόμενον. add. id. V. Hom. 12. Antiphon. p. 765. T. 7. εἰ ἂν ὑμῖν ἠδομένοις ἦ. Plut. V. Aemil. Pauli. c. 6. p. 176. T. 2. οὐ — ἦν βλομένοις τοῖς Ῥωμαίοις — ἐκκόψαι. Id. V. Lucul. 30. p. 324. T. 3. ἦν δ' ἀσμένω ταῦτα τῷ Δεκέλλω. Dionys. Halic. 7, 13. p. 1341. T. 3. Reisk. οἷς ἂν νεωτερίζεν, ἢ παρακινεῖν τι, βλομένοις ἦ. Sic Macrob. Saturn. 6, 1. *si volentibus vobis erit: 7, 7. si tibi volenti erit.* Sallust. Jug. 84, 3. *quia neque plebi militia volenti putabatur.* Tacit. hist. 3, 43. *Maturo, caeterisque remanere, et in verba Vespasiani adigi, volentibus fuit.* v. omnino praeter Leopardum emendat. 4, 23. 24. annotat. ad Plat. Phaedon, 24, 13. et ad Cratyl. 1. partic. 4. p. 10.

Ἐννέπω. Hesiod. Ἔργ. 2. ἐννέπετε — ὑμνεῖσθαι, h. e. ὑμνεῖτε.

Ἐοικα. Etiam huic verbo modestia, et urbanitas Attica iussere addi participia aliorum verborum, et nomina utriusque formae, pro verbo substantiuo. Nam ut Plato Cratyl. 16. dixit εἰκέ τι, ὃ λέγω, τῷ ἀληθεῖ c. 12. εἰκεν ἑλληνικοῖς ταῦτα τὰ ὀνόματα h. e. ἑλληνικά. et Longin. 39, 3. εἰκε μανία. ita in eodem Platonis dialogo c. 29. legitur, εἰκας ὀρθῶς λέγοντι, h. e. ὀρθῶς λέγεις c. 42. εἰκε σημαίνοντι vbi v. not. 6. Xen. Cyr. 8, 8. 7. εἰκασι ταῦτα διδασκομένοις. Id. ib. 3, 3. 8. ὁ πατήρ ἀπορῆντι εἰκεν. add. ib. 5, 1. 19. Apomn.

Απομν. 1, 6. 10. Atque eiusdem virtutis studium Atticos coëgit huic ipsi verbo comites ita dare infinitiuos aliorum verborum, vt eiusmodi formulae idem valerent, quod verba, quorum infinitiuus verbo ἔοικα iuncti sunt: vt, ἔοικα καὶ γὰρ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα ξένοις ἐποικτεῖν σέ. Soph. Philoct. 316. f.

Ἐπιβάλλομαι, et ἐπιχειρέω. Polyb. 2, 1. ἐπεβάλλομεθα λέγειν 2, 10. ἐπεβάλλοντο πολιορκεῖν τὴν πόλιν. Xen. Cyrop. 2, 2. 15. ἄγειν δ', οἶμαι, ἐπιχειροῦσιν. Plato Cratyl. 27. ἐπιχειροῦσι — ἄλλος ἄλλα ἤδη λέγειν. add. id. Gorg. 28. p. 107. v. Raphel. ad Luc. 1, 1.

Ἔρχομαι. Herodo. 2, 40. ταύτην ἔρχομαι ἐρέων. Id. 2, 99. ἔρχομαι λόγους ἐρέων. Id. 2, 35. ἔρχομαι — μηκυμένων τὸν λόγον. Id. 1, 194. ἔρχομαι Φράσεων h. e. Φράσω. 2, 11. 51. Sed Pind. Nemm. 7, 101. f. ἔρχομαι — ἐννέπων v. Plato Phaedon. 65. ἃ ἦλθον ἀγγελῶν. Euthyphr. 2. διαβαλῶν — ἔρχεται vbi v. not. 7. Graeci enim sic exprimunt Latinorum futurum indicatiui periphrasticum, vt vulgo vocatur; id quod non vidit Schwebelius ad Onof. Strateg. p. 21. qui ita praecipit studium quoddam, animique promptitudinem agentis exprimi. Haec enim vis cadit in partic. ἐλθῶν vt ap. Xen. Cyrop. 2, 2. 2. v. Obseruatt. miscell. p. 125. Vol. 1. et Doruillius ad Charit. p. 297. Amstel.

Εὐχομαι. Odyf. α', 180. Μέντης Ἀγχιάλοιο — εὐχομαι εἶναι υἱός. add. Il. ζ', 211. coll. v. 215.: Il. ζ', 231. ὅτι ξεῖνοι πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι. add. Odyf. α', 187. Il. ι', 60. Odyf. α', 172.

Ἔχω. Huius verbi praesens indicatiui, et participii, imperatiui etiam infinitiuus, iuncta sibi ostentat, vt imprimis in Atticorum libris, ita etiam in Ionum Dorumque monumentis, participia et praesentia indicatiui aliorum verborum, sic, vt verbum ἔχειν abesse possit, auctoribus grammaticis antiquis; vel continuationem quandam et perseverantiam indicet, praecipiente

piente Stolbergio ad Soph. Ai. 22. Sed praestat dicere, ἔχειν hoc in genere idem esse, quod εἶναι, et ὑπάρχειν, κυρεῖν, et τυγχάνειν, atque adeo tales formulas similes esse iis, quae ex verbo substantiuo et participiis aliorum verborum compositae sunt, ita tamen, ut partic. ἔχων mutetur in tempus finitum alterius verbi, et hoc in partic. v. ad Anacr. 29, 26. Certe pro ληρεῖς ἔχων, ut Arist. Rann. 515. dixit, in eadem fabula v. 563. legitur ληρεῖς. Nam ἔχειν, ut διακείσθαι aduerbiis qualitatis ita additur, ut idem sit, quod εἶναι, et aduerbia respondeant adiectiuis eiusdem naturae. Gregor. p. 62. καὶ τὸ ληρεῖς ἔχων [Plato Gorg. 51. p. 179. Arist. Lysistr. 944. Rann. 515.] καὶ τὸ παίζεις ἔχων [Theocrit. Id. 14, 8.], καὶ τὸ, τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; [Arist. Nubb. 505.] Ἀττικόν. Σοφοκλῆς — καὶ μὲν, ὡς κυρεῖς ἔχων [Ai. 87.] ἢ τῷ ἔχων παρέλκοντος, ἢ τῷ ῥήματος ἀντὶ μετοχῆς, καὶ τῆς μετοχῆς ἀντὶ ῥήματος, λαμβανομένων — ἀντὶ τῷ ἔχεις, καὶ ὑπάρχεις, ληρῶν, ὃ καὶ αὐτὸ Ἀττικόν, ἀντὶ τῷ ληρεῖς, ἐστὶν v. omnino Valckenar. ad Eurip. Phoen. p. 268. f. Herodo. 3, 87. ἔχει αὐτὴν κρύψας ἐν τῇ τῆσι ἀναξυρίσι, h. e. ἔκρυψε vbi v. Valckenar. Id. 1, 37. νῦν δὲ ἀμφοτέρων μετέτων ἀποκλήσας ἔχεις vbi v. Wesselingius Pind. Nemm. 1, 45. οὐκ ἔραμαι πολλὴν ἐν μεγάρῳ πλετον κατακρύψας ἔχειν. Theocr. Id. 14, 8. παῖδες, ὧ γὰρ, ἔχων. schol. ἀττικῶς τὸ ἔχων παρέλκει ἤγεν, σὺ μὲν παίζεις. Hesiod. Erg. 42. κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι h. e. ἔκρυψαν vbi v. Proclus et Tzetzes. Arist. Auu. 851. συμπαρανέσας ἔχω schol. ἀντὶ τῷ παρήνεσα. Soph. Ai. 21. f. πρᾶγος ἀσκοπον ἔχει περᾶνας vbi v. Stolbergius p. 113. f. Id. Oed. Col. 1135. θαυμάσας ἔχω schol. ἀντὶ τῷ ἐθαύμασα, ἀττικῶς. add. Trachin. 42. 406. Antig. 76. Anacr. Od. 29, 26. vbi v. notae nostrae. Aristoph. Rann. 204. οὐ μὴ Φλυαρήσης ἔχων add. ib. v. 527. vbi tamen nunc rectius legitur Φλυαρήσεις add.

add. Thesmoph. 859. Nubb. 505. Eccleff. 848.: Eurip. Phoen. 722. εἰς θεὸς χρεὶ ταῦτ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν h. e. ἀναρτῆσαι. Plato Cratyl. 21. ὡσπερῆν καὶ λέγεται ὁ Ζεὺς αὐτῆς ἐρασθεὶς ἔχειν h. e. ἐρασθῆναι. Demosth. p. 433. T. 1. εἰς ὄσσην αἰσχύνην — τὴν πόλιν ἡμῶν ἢ τῆτων πονηρία — κατασῆσασα ἔχει h. e. κατέσῃσε Soph. Electr. 591. ἐκβαλῶσ' ἔχεις schol. ἐξέβαλες Id. ib. 1184. ἀνθ' ὧν ἔχει μὲν — βαλῶν schol. ἀντὶ τῶ ἐβαλες. Conf. Spanhemius ad Arist. Plut. 360. Nubb. 509. Rann. 204.: Wesseling. Obseruatt. 1, 24. Horreus obseruatt. critt. p. 432.: Albertius ad Hesych. p. 144. T. 1.

Ἦκω. Plato Cratyl. 34. λοιδορέμενον ἦκει τὸ ἰσχόμενον, καὶ τὸ ἀναγκαζόμενον ἡσυχάζειν h. e. λοιδορεῖται. Id. Gorg. 46. p. 163. νῦν δ' αὖ ἕτερον τι ἦκεις ἔχων. conf. Viger. Idiom. 5, 8. 1.

Κάθημαι. Arist. Plut. 533. ἐγὼ γὰρ τὸν χειροτέχνην, ὡσπερ δέσποινα, ἐπαναγκάζω καίθημαι h. e. ἐπαναγκάζω sed verba ὡσπερ δέσποινα, poetam iussere vti circumlocutione; nam dominae et herae sedent, ancillae stant. Valcken. ad Herodo. p. 142. temere putabat poetam scripsisse καθῆσθαι. Sic ib. 643. ἐνδον καίθημαι περιμένεσα τετονὶ h. e. περιμένω. nam mulierculis apud veteres laudi ducebatur domi manere, et lanam tractare: sed lanam tractantes sedent.

Καταλαμβάνω. Herodo. 6, 38. Στησαγόρεα κατέλαβε ἀποθανεῖν ἀπαιδα h. e. ἀπέθανε. add. 7, 155. Id. 8, 55. ταύτην ὧν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἰρῶ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων, h. e. αὐτὴ ἢ ἐλαίη ἐνεπρήσθη.

Κινδυνεύει videtur Plato Cratyl. 14. ὁ Ὀρέσης — κινδυνεύει ὀρθῶς ἔχειν et paulo post ἴσως δὲ καὶ ὁ Ἄτρεὺς ὀρθῶς ἔχει. Scilicet qui periclitatur, ei videtur accidere aliquid ingrati, qui periclitatur interire, is prope abest ab interitu; vnde κινδυνεύειν, et in partem malam, et in partem bonam dicitur, ita, vt idem sit quod

quod ἐγγιζειν, δοκεῖν v. omnino ind. Graecit. Aeschin. v. κινδυνεύει· et φαίνεσθαι· nam Plato Cratyl. dixit, κινδυνεύεις τι λέγειν sed. c. 19. legitur, φαίνει τί μοι λέγειν.

Λαμβάνω. Arist. Luu. 56. σὺ δ' ἔν λιθῶ κόψον λαβῶν· v. 646. εἰσηγῆ σὺ λαβῶν ἡμᾶς· utroque loco, non tam redundare participium λαβῶν videtur, quam potius actionis celeritatem indicare. v. Doruillius ad Char. p. 297.

Λέγω. Herodo. 3, 156. ἔφη λέγων. Id. 9. 2. ἔφασαν λέγοντες. Id. 4, 150. ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων. add. 7. 46. 47. 49.: Id. 7, 5. τοιῆς λόγος εἶχετο, λέγων. Sed 5, 39. legitur ἀμείβετο φάσις et 3, 34. τοιαύδε ἀμείβεσθαι· et 3, 42. ἀμείβεταί τοῖσδε. Arist. Vespp. 791. ἦδ' ὅς λέγων.

Οἶδα. Xen. Cyr. 4, 1. 8, καὶ ὄρων, καὶ ἀκέων, οἶδα, h. e. et video et audio: sed quia quae videmus et audimus, ea scimus: idcirco Xenoph. scienter vsus est circuitione, ut verba actionum sibi adiunctum haberent verbum, quo indicaretur earum effectus.

Οἶχομαι. Hoc verbum iungitur participiis aliorum huius generis verborum ita, ut celeritatem actionis, agentisque studium exprimat, atque adeo multis in locis respondeat aduerbiis εὐθύς, παραχρῆμα, ταχέως. Il. β', 71. ἄχετ' ἀποπτάμενος h. e. ὡκα ἀπέπτατο· ut Plato Phaedon. 14. οἶχηται διαπταμένη vbi v. not. 5. Plut. V. Brut. 37. p. 263. T. 6. Tub. ἡμέρα μιᾷ πρὸ τῆς μάχης ἄχοντο ἀποπτάμενοι. Xen. Cyrop. 7, 5. 15. ἄχοντο ἀποθέοντες h. e. continuo auolabant. Pind. Olymp. 6, 63. ἄχετ' ἰὼν μαντευσόμενος. add. Herodo. 1, 48. 5, 75. et Antiph. p. 710. T. 7. Reisk.: Herodo. 1, 157. ἄχετο [f. οἶχετο] Φεύγων ἐς Κύμην vt 4, 165. Φεύγουσα οἰχώκεε ἐς Αἴγυπτον. add. 7, 197. Arist. Plut. 934. Plut. V. Pelop. 26. p. 263. T. 2. Sed apud Theocr. Id. 11, 23. legitur, οἶχη δ' εὐθύς ἰοῖσα, vt ap. Demosth. p. 246. T. 1. Φίλιππος ἄχετ' εὐθύς ἀπιών·

ἀπιών. Sic facile apparet glossis *ἀπιών ἄχετο*, et *ἄχετο ἀπιών*, in Lexico Suidae non omnino recte adiecta esse verba, *συνήθης ὁ πλεονασμὸς τοῖς Ἀπτικοῖς* etsi non nescio, Dan. Heinsium lectt. Theocritt. 5. p. 308. et Graevium lectt. Hesiod. ad *Ἔργ.* 1. in eadem fuisse sententia. Sed *αἰχεται θανάων* ap. Soph. Philoct. 413. simpliciter dictum est pro *ἔθανεν*.

Πειράσομαι. Hoc verbum additur ab hominibus modestiae studiosis aliorum verborum infinitiuis, vt apud Latinos verbum *conor*, ita, vt eleganter redundet. v. Aeschyl. *Perff.* 852. coll. 836.: Xen. *Cyr.* 1, 1. 5. *ταῦτα πειρασόμεθα διηγῆσασθαι*, h. e. *διηγῆσομαι*. 1, 2. 5. add. 8, 1. 16. coll. 8, 2. 6. 1.: Ib. 4, 1. 2. *τότε τὴν ἀξίαν ἐκάσῳ — πειράσομαι ἀποδιδόναι*. Id. 5, 1. 10. *πειράσομαι οὕτω ποιεῖν*. Ioccr. *Nic.* p. 88. T. 1. *ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν*. Id. *Euag.* c. 9. p. 94. T. 2. *ἐγὼ δ' ὀλίγω πρότερον ἐπειράσθην διελθεῖν*.

Ποιῆμαι. Hoc verbum coniungitur cum accusatiuo nominum ita, vt hae formulae pares sint potestate verbis, a quibus nomina ducta sunt: vt, *εἰ μὴν ἐντεῦθεν γε ποιῆνται τὴν ἀρχὴν* Ioccr. *Panegy.* p. 126. T. 1.: sed ib. p. 128. legitur: *ἐχρῆν μὲν εἶν καὶ τὰς ἄλλας ἐντεῦθεν ἀρχεσθαι*. Herodo. 9, 24. *πένθος ἐποίησαντο Μασίσις — μέγισον*, h. e. *ἐπένθησαν Μασίσιον — μέγισα*. Id. 9, 45. *συμβολὴν ποιέεσθαι*, h. e. *συμβάλλειν*. Xen. *Cyrop.* 4, 1. 2. *σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιῆσθε* h. e. *σπένδετε*: vbi Brodaeus iubebat, repugnante vsu loquendi, rescribi *ποιεῖτε*. Antiphon. p. 714. T. 7. *τὸν μὲν πλὴν ἐποίησαμεν, — ἐν τῷ πλοίῳ πλέων*.

Συμβαίνει *contingit*: *accidit*. Hoc verbum coniungitur cum infinitiuis, et participiis aliorum verborum, ita, vt casu aliquid et fortuito, factum esse ostendatur. Thuc. 1, 56. *καὶ τὰδε ξυνέβη γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις — διάφορα ἐς τὸ πολεμεῖν*. Herodo. 7, 166. *ὡς συνέβη — Γέλωνα — νικᾶν* Id. V. Hom. 36. *συνέβη τὸν Ὀμηρον τελευτῆσαι*. Platon *Cratyl.* 14. *Συμβαίνει — ὁρθῶς*

ὄρθως ὀνομάζεσθαι οὕτω. Id. ib. 26. ζυμβαίνει — λεγόμενον, h. e. λέγεται. Isocrat. ep. 3. p. 455. T. 1. νῦν δὲ συμβέβηκεν μηκέτι δεῖν πείθεσθαι. Theocrit. Id. 10, 8. Οὐδαμά τοι συνέβα ποθέσθαι τινὰ τῶν ἀπεόντων. add. ib. v. 10. Polyb. 3, 50. 4, 18. Plut. V. Lyc. 3. p. 95. T. 1. Arrian. anab. 5. p. 357. Blanc. Zosim. 5, 27. 2. vid. Obseruatt. miscell. p. 304. Vol. 10. Raphelius ad Actt. 21, 35. Atque eodem modo vsurpantur verba συμπίπτει, συμφέρει, συγκυρεῖ. Isocr. ep. 4. p. 461. T. 1. ὁ καὶ Διοδότω παθεῖν συνέπεσε. Plut. V. Alex. M. 31. p. 296. T. 4. τὴν δὲ μεγάλην μάχην — ἐν Γαυγαμήλοις γενέσθαι συνέπεσε. Herodo. 3, 4. συνήνεκε δὲ καὶ ἄλλό τι τοιόνδε πρᾶγμα γενέσθαι. add. ib. c. 42, 133. 6, 23. 117. Id. 7, 4. συνήνεκε αὐτὸν Δαρεῖον — ἀποθανεῖν. add. ib. c. 117. Id. 5, 33. πρῆγμα τοιόνδε συνηνείχθη γενέσθαι. add. 1, 19. 6, 86. Thuc. 1, 23: Herodo. 9, 90. συνεκύρησε γενέσθαι [τὸ τρωῖμα] καὶ ἐν Μυκάλῃ.

Τλάω vel τλήμι. Odyf. ε, 362. αὐτῆ μενέω, καὶ τλήσομαι ἄλγεα πάσχων, h. e. *constanter feram*: ita vt, e Latina quidem ratione, τλήσομαι vim aduerbii habeat, et particip. πάσχων mutetur in fut. indicatiui. Aeschyl. Supplic. 330. ἢ πῶς πατρῶα δώματα Διπέιν ἔτλητε; Id. ib. 435. Μὴ τι τλαίης τὰν ἰκέτην εἰσιδεῖν. Aristoph. Plut. 280. φράσαι — ἔπω τέτληκαὶς ἡμῖν h. e. ἔφρασας.

Τολμάω. Arist. Vespp. 326. τόλμησον χαρίσασθαι μοι h. e. χάρισάι μοι. Plato Phaedon. 50. ἐκείνο δὲ ἔτετόλμηκε, μέγα ὄν, σμικρὸν εἶναι. vbi v. nott. 16. Lysias 13. p. 385. οὐ τοιαῦτα ποιεῖν ἐτόλμων, h. e. ἐποίησεν. vbi v. Marcland. p. 385. T. 5. Reisk. et Gatacker. aduers. miscell. 1, 3. p. 192. Sic Virg. Aen. 8, 364. *Aude, hospes, contempnere opes*: vbi v. Taubmann. Loquuntur enim Graeci et Latini sic de rebus arduis et difficilibus, certe iis, quae tales esse videantur.

Τρέχω

Τρέχω Arist. Nubb. 778. ἀπαγξαίμην τρέχων.
Celeritas enim actionis ita significatur.

ὑπάρχει licet, contingit. Etiam hoc verbum modestia et urbanitas Attica iunxit infinitiuis aliorum verborum, vt existeret circuitus quidam. Plato Gorg. 4c. p. 145. ὑπάρχει τέτω τῷ ἀνθρώπῳ — ἀνάνδρῳ γενέσθαι· vbi v. Findeisenii ind. Graecit. h. v. Id. Cratyl. 1. ἦν ἀκέσαντι ὑπάρχει περὶ τέτω πεπαιδεῦσθαι: ad quem locum v. omnino annotatt. partic. 5. p. 10. Aeschin. Socr. 2, 14. εἰ δὲ γε μὴ ὑπάρχει πλεσίῳ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ· sed haec verba referuntur ad verba εἰ μὲν πλέσιος τυγχάνει ὢν, quae duobus versibus ante leguntur. add. Plato Phaedon. 29. vbi v. nott. 23. Xen. Cyr. 2, 1. 10. 4, 5. 12. 8, 8. 10. Plut. V. Brut. 7. p. 232. T. 6. βελομένῳ — ὑπῆρχεν εἶναι τῶν φίλων πρώτῳ. Arrian. anab. 4. p. 282. Blanc. ὅτι σώοις ὑπάρχει ἐπὶ τὰ σφέτερὰ ἀπαλλαγήναι.

Φαίνομαι. Aeschin. Socr. 2, 23. φαίνεσθαι ἔμοιγε δοκεῖ ὁ Κριτίας λέγων τι h. e. ἔμοιγε δοκεῖ λέγειν· vbi v. not. 1. omninoque index Graecit. Aeschin. v. φαίνεσθαι. Xen. Cyr. 5, 5. 5. ἦ γάρ τι ἐγὼ φανῶ κακὸν πεποικώς. Ib. 4, 6. 3. ἦνπερ — καὶ φρονῶν φαίνη. v. Elsnerus et Palaietus ad Romm. 7, 13. Nam φαίνεσθαι construitur cum infinitiuis ita, vt sit δοκεῖν, sed cum participiis coniunctum significat idem, quod δῆλον εἶναι. v. Phauorin. v. φαίνεται ἀντὶ τῆς δοκεῖν, et Georg. Lecapenus exc. gram. ap. Matthaeium lectt. Mosquens. p. 77. f. Vol. 1.

Φέρω. Etiam huius verbi et participium et infinitiuis, aliis verbis ita iungitur, vt celeritas actionis, et agentis studium significetur, ita, vt nonnunquam Latine reddi possit *ultro, sua sponte*. v. Hemsterhusius ad Lucian. diall. mortt. 6, 3. p. 349. T. 1. et Wesseling. ad Diod. Sic. p. 149. T. 1. Herodo. 8, 87. φέρουσα ἐνέβαλε νηὶ Φιλίῃ. add. Odyf. α', 127. 136. Plato Phaedon. 47. ὠχόμην φερόμενος. Xen. Apomn. 2, 1. 5.

Pars IV.

D

ἐλαύ-

ἐλαύνεται φέρεσθαι h. e. *praeceps ruit*. Xen. Cyr. 2, 3. 2. ἤξει — φερόμενα h. e. *corripient*.

Φύναι. Timaeus Locr. p. 560. Gal. 2. τὸ μὲν σφυφνὸν, συνάγει τὴν γεῦσιν· τὸ δὲ δριμύ, διαμρέειν πέφυκε. Hipparch. fragm. Pythag. p. 670. Gal. 2. αὐτὰ πολλὰ κίς τάχιον ἀπόλλυσθαι, ἢ γίνεσθαι, πεφύκασιν. Xen. Cyrop. 1, 1. 3. πεφυκότι — ἄρχειν. Nam verbum πεφυκέναι talibus in locis habet vim adu. φύσει, vel etiam redundat.

Post verba petendi infinitiuos τυχεῖν, πορεῖν, λαβεῖν [Act. 3, 3. ἡρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν] λαχεῖν, saepe ita positos inueniri, vt redundarent, obseruauit Krebsius ad decr. Rom. pro Iudaeis p. 183. f.

Caeterum quae verba formulaeque in libris N. T. ex vsu loquendi Hebraeorum redundant, docet Vorfius Philol. S. 33, 38. eoque praeunte, Leusdenius in de dialectis et hebraisimis N. T. 2, 4. 10. 2, 5. 3.: ad quem eius libellum nosmet in annotationibus indicem huiusmodi verborum augere multis partibus conati sumus p. 120. f. Nam Graeci quoque scriptores saepe numero ibi, vbi aliorum verba laudantur, coniungere solent verba εἶπε vel ἔλεξε, et ἔφη, ita quidem, vt hoc verbum pertineat ad eum, cuius oratio affertur, reliqua ad ipsum scriptorem a quo laudatur, id quod cadit etiam in infinit. ἀποκρίνασθαι et φάσαι ap. Xen. Cyr. 4, 2. 7. Sed haec ipsa verba comitatur nunc recta, nunc obliqua oratio. conf. omnino Locella ad Xen. Ephef. p. 274.

Iam vero de *enallaga* verborum breuiter exponamus: quae est grammaticis auctoribus, varia et multiplex.

1. *Modorum.* a) *indicatiuus* pro *optatiuo*. Matth. 12, 34. πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες; vbi v. Beza. b) *Indicatiuus* pro *coniunctiuo*. Eurip. Phoen. 93. μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται. vbi schol. ὀριστικὸν ἀντὶ τῆ ὑποτακτικῆ ὡς παρ' Ὀμήρῳ [Il. α.

[Π. α, 363. π', 19.] ἴν' εἶδομεν, ἀντὶ τῆς εἰδῶμεν. Haec orationis forma a Lefbonacte p. 178. vocatur σχῆμα Κορίνθιον. v. omnin. Valcken. ad Eurip. d. l. c) *Optatiuus* pro *Coniunctiuo*. Ioh. Grammat. de Dial. Attica p. 73. τὰ δὲ εὐκτικά λαμβάνουσιν ἀντὶ ὑποτακτικῶν· εἰάν ἔλθοις, ἀντὶ τῆς εἰάν ἔλθης· καὶ εἰάν ἔλθοι ἀντὶ τῆς εἰάν ἔλθη. d) *Optatiuus* pro *indicatiuo* vt, καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης Π. ε, 388. pro ἀπώλετο· vbi v. Eustath. p. 562. 36. Gregorius p. 23. τὸ λέγειν εὐκτικά ἀντὶ ὀριστικῶν Ἀττικόν ἐσιν. ὡς ὁ Θεκυδίδης [1, 50. vbi schol. ἀττικῶς ὧν κατέδυσον], τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἰλικον ἀναδέμενοι τῶν νεῶν, ἄς καταδύσειαν· ἀντὶ τῆς κατέδυσον καὶ ὁ Μεταφράστης [v. Neocor. ad Suid. p. 147. T. 1.] ἐπεὶ δὲ ταῦτα πύθοιτο Μαξιμίνοσ· ἀντὶ τῆς ἤκασεν. vbi v. Koenius. e) *Coniunctiuus* pro *Indicatiuo*. Enallagen horum modorum Doribus tribuit Gregorius p. 150. cuius obseruatione Lexicon suum auxit Phauorinus v. δέδοικα· Τοῖς ὑποτακτικοῖς χρῶνται ἀντὶ ὀριστικῶν. Θεόκριτος, ἵππον, καὶ τὸν ψυχρὸν ἔφιν, τὰ μάλισα δεδοίκα. Hoc vero exemplum est profus alienum, nam *δεδοίκα* non est perf. *coni.* immo praesens *indicat.*, ductum a perf. *δέδοικα*. v. Animaduerff. P. 2. p. 249. Sed Apoc. 2, 11. ὁ νικῶν ἔ μὴ ἀδικηθῆ ἔκ τῆς θανάτου τῆς δευτέρας, pro ἀδικηθήσεται. f) *Indicatiuus*, *Optatiuus*, et *Coniunctiuus* pro *Imperatiuo*: vt, ἀλλ' ἔν προμηνύσεις γε τῆτο μηδενὶ Τῆργον κρυφῆ δὲ κεῦθε, Soph. Antig. 84.: vbi Triclinius, Ἰσέον, ὅτι ἔ μόνον τὰ εὐκτικά ἐσιν, ὅτε προστακτικῶν δύναμιν ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ὀριστικά ῥήματα ἐπὶ μέλλοντος, ὡς ἐσὶ κἀνταῦθα· εὖροις δὲ καὶ ἀλλαχῆ, εἰ ζητοίης. Aristoph. Plut. 488. μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν. vbi v. Kusterus et Tollius ad Longin. 1. p. 6. Xen. Cyr. 6, 2. 11. p. 240. ἡμεῖς δὲ — πρὸς ἐμὲ πάντες συμβαλεῖτε· vbi cod. Guelf. συμβάλλεται· corr. συμβαλεῖται· scilicet librarius scribere voluit συμβάλλετε, vt legit Philadelphus: corrector συμβαλεῖτε·

quod quidem tempus est vrbانيتati Cyri accommodatius. Id ib. 8, 3. 18. ἀλλὰ σὺ μὲν πλετῶν οἴκοι μενεῖς vt legitur in cod. Alt. quum libri editi praeter Stephan. 2., habeant μένε· sed fut. est, et ipsi rei et humanitati Pheraulae, conuenientius. Soph. Electr. 1498. χωροῖς ἀν' εἶσω σὺν τάχει· vbi Triclin. εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ εἶσθ' ὅτε τὰ προστακτικὰ εὐτικῶς φέρειν. add. Anacr. Od. 1, 10. vbi v. annotatio nostra. Orpheus hymn. 21, 9. κλυθί με — καὶ εὐμενέσθ' ἐπαρήγοις. Xen. Cyr. 2, 2. 15. καὶ μηδὲ μέντοι σκοπήτε· vbi cod. Guelf. legit σκοπέτε. Xenoph. enim deinceps eodem modo vñus est ζητεῖτε, — λαμβάνετε. Vnde imperatiuus, et praefens atque aor. vterque optatiui et coniunctiui, non raro coniunguntur v. Theocr. Idyl. 22, 214. f. 24, 8. 9. 36. Aeschyl. Eumen. 804. f. Herodo. 8, 65. g) Imperatiuus pro indicatiuo, et coniunctiui. Gregorius p. 6. fs. χρω̄νται τοῖς προστακτικοῖς οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ υποτακτικῶν ἀπαγορευτικῶν, καὶ αὐ̄ τοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ ὀριστικῶν. Κακείνε μὲν τὸ Ἀριστοφάνεσ ἐν Θεσμοφοριαζέσαισ παράδειγμα· Μὴ ψεύσον, ὦ Ζεὺς, τῆσ ἐπίεσθσ ἐλπίδος, ἀντὶ τῆσ, μὴ ψεύσθσ τῆσ δευτέρσ δὲ Μένανδρος [fragm. inc. v. 731. Cler.] οἶσθ' ὅ, τι ποιήσον, ἀντὶ τῆσ ποιήσαισ. ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Πολυδάρεσ δράματι, Οἶσθ' ἔν, ὅ δράσον ἀντὶ τῆσ δράσαισ, ἐξήνεγκε· vbi v. Koenius. Haec ipsa obseruatio iisdem propemodum verbis legitur ap. schol. Eurip. ad Hec. 225. vbi est, οἶσθ' ἔν, ὅ δράσον, non δράσαισ· vt edidit ipse Barnesius: qui tamen Helen. 1249. seruaui δράσον· quomodo scriptum est etiam ap. Arist. Equitt. 1155. Pac. 1061. Auu. 54. 80. Sic Soph. Oed. Tyr. 543. οἶσθ', ὡσ ποιήσον; et ibi Brunckius: schol. ἀντὶ τοῦ ποιήσαισ· ἔσι δὲ Ἀττικισμός v. Muretus Varr. lectt. 3, 12. et Canterus lectt. Nouu. 8, 5. Berglerus vero ad Arist. Equitt. 1155. et Ric. Bentleius emendatt. in Menandri et Philem. reliquias p. 126. hos, aliosque huius generis locos ita explicari iusserunt, vt ordine

 e glossemate, quia *Cadmea* fuit arch. ὑπὸ χθονὶ He-
 siod. Theog. 455.: ὑπὸ τῆ ἀκροπόλει Herodo. 6, 105.:
 ὑπὸ δένδρεσι Arrian. Indd. p. 531.: ὑπὸ τοῖς ἱματίοις
 κομίζοντες Plutarch. p. 136. T. 2. Sed saepissime su-
 mitur haec particula ita, vt significet alterum subiectum
 esse imperio et potestati nostrae, v. c. Isocrat. p. 220.
 ὥσε ἐλπίσαντες ἀπαντας τὰς Ἑλληνας ὑφ' αὐτοῖς ἔσε-
 σθαι. Herodo. 1, 201. ὑπ' ἐωυτῶ ποιήσασθαι. Hom.
 Odyf.

Odyf. γ', 304. λαὸς ὑπ' αὐτῶ. Xen. Apomn. 1, 6. 2. ὑπὸ δεσπότη. Herodo. 3, 117. ὑπὸ τῶ Πέρσῃ ἐσι-
 sed 7, 108. ὑπὸ βασιλῆα. Demosth. p. 241, 28. T. 1.
 ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. Plutarch. p.
 28. T. 4. τῶν ὑπὸ Πομπηίῳ στρατηγῶν. Plato Cratyl.
 25. init. οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκῶντες qui inter bar-
 baros habitant, ita, vt eorum imperio parent. Xen. Cyr.
 8, 1. 2. οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ βασιλεῖ ὄντες prin-
 cipes Asiaticarum ciuitatum, quae imperio regis Persa-
 rum parent. Cod. Altorf. habet ὑπὸ βασιλέα, vtraque
 constructio praepositionis est Xenophontea, omnino-
 que bene Graeca. 8, 4. 13. ἀρχῶν ἀρχοντάς τῆς ὑφ'
 ἑαυτῶ sic legitur etiam 2, 1. 9. sed praepositioni ὑπὸ
 sic additur etiam accusatiuus, vt 1, 5. 3. 5, 3. 17.:
 Xen. Cyr. 6, 2. 11. τῆς ὑφ' ἡμῖν αὐτοῖς Hutchinsonus
 edidit e coniectura Leoclauii, ante quem Camerarius
 iam legendum ὑφ' viderat pro ἐφ' quod est in Junt.
 Ald. aliisque libris editis, recte; nam hanc scripturam
 confirmant Cod. Altorf. Guelf. Phil. et vsus loquendi,
 vt reliquorum scriptorum, ita etiam Xenophontis. —
 Sub, cum accusatiuo, Theophr. char. c. 1. τῆς Ἑλλά-
 δος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης. Charit. 6, 3. σάτειρα
 καλλίστη τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. Herodo. 7, 88. ὑπὸ τῆς
 πόδας — ὑπέδραμε. Id. 7, 114. τῶ ὑπὸ γῆν εἶναι.
 Ita ὑπὸ χρόνον Thucyd. 2, 26. 27.: ὑπὸ νύκτα. Herodo.
 8, 71. 5, 101.: ὑπὸ τὴν ἑαρινὴν ὥραν Polyb. 2, 12.:
 ὑπὸ τῆς αὐτῆς χρόνος Zosim. 4, 38. 1.: ὑπὸ τέτον
 τὸν χρόνον Joseph. Ant. 1, 12. et 2, 3.: ὑπὸ τὴν κατὰ-
 λυσιν τῆ πολέμου Xen. Apomn. 2, 8. 1.

ad pag. 257. redditur et ablat.] Callim. Dian. 21. f.
 ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες τειρόμεναι pariendi doloribus or-
 pressae. Hom. Il. β', 324. χερσὶν ὑφ' ἡμετέρησιν
 ἀλῆσά τε περθομένη τε. add. Pind. Nemm. 1, 102.
 Aeschyl. Agam. 901. 1173. 1466. Coram, Herodian.
 1, 5. 22. εὐδαιμονοίημεν δ' ἂν τὰ δέοντα πράττοντες
 ὑπὸ τοιάτῳ μάρτυρι.

οιμ] Lucian. dial. mort. 6. καὶ ὅλως ἀπαντες
 προελεύονται αὐτῆ ὑπὸ ταῖς αὐταῖς Φροντίσιν, *isidem*
illos curis comitantibus ac deducentibus. Plures eiusmodi
 locos suppeditabit Hemsterhusius ad h. l. p. 355. T. 1.
 Sed aliter exponi ea particula debet in his : ὑπὸ βαρ-
 βίτῳ — κέρη — χορεύει saltat ad barbiton Anacr. 6,
 4. vbi v. nos, et ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων Od. 42, 16.
 Sic dicitur ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τοῖς αὐλοῖς ad tibias saltare.
 vid. Faber. ad Lucian. Timon. c. 3. p. 880. et Vitringa
 ad Lucian. ὀρχήσ. c. 2. p. 267. T. 2. itemque
 Duckerus ad Thucyd. 5. 70. p. 360. et Graevius Lectt.
 Hesiod. p. 95. Sic etiam cum *genitio* Valckenarius
 ad Herodo. p. 521. et Kuhn. l. c. Apud Xenophontem
 Sympóf. 6, 3. est loco datiui, *accusatiuus*, vid. Bachius
 ad h. l. *Fischer*. Atque in his et similibus ὑπὸ signi-
 ficat *deducentem, praeuentem aliquem*, vt apud Hesiod.
 Ἄσπ. 280. αἱ δ' ὑπὸ Φορμίγγων ἀναγον χορὸν ἰμε-
 ρέοντα, ad citharam. v. 281. νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλῆ
 ad tibiam. ib. v. 283. ὑπ' αὐλητῆρι δ' ἕκαστος πρὸς θ'
 ἔκειον, *sub tibicine singuli procedebant*. Plutarch. p. 199.
 T: 2. ὑπὸ λαμπάδων ἀπαντῶντες bey Fackeln. Pro-
 pert. 2, 28. 35. *torti sub carmine rhombi, praeunte ac*
rhombi vertiginem moderante, vbi vid. Vulpus. add.
 Abreschius Annotatt. ad N. T. p. 577. ad calcem Ani-
 maduu. ad Aeschylum. *Kuin*.

ad] Anacr. 4, 16. πρὶν, ἔρω σε, δεῖ μ' ἀπελθεῖν
 Ὑπὸ νεστέρων χορείας, ad inferiorum choreas. Herodo.
 9, 93. ὑπαγαγόντες — ὑπὸ δικασήριον. Id. 6, 104.
 ὑπὸ δικασήριον ἀγαγόντες. Xen. Cyr. 5, 5. 3. ἀπα-
 γαγὼν ὑπὸ Φοίνικας τινὰς abduxit eum ad palmas
quasdam. *Fischer*. Herodo. 6, 136. θανάτῃ ἀγαγὼν
 ὑπὸ τὸν δῆμον, his in formulis ὑπὸ idem est quod eis.
 vid. Valckenarius ad Herodo. p. 734. Saepius vero
 vt Latinorum *sub*, Virgil. Aen. 3, 6. *classemque sub ipsa*
Antandro v. Burmanus ad Ouid. Met. 1, 689. viciniam
 notat;

notat; ita ut sit, *ad, iuxta, prope*, iungiturque genitiuo, datiuo, et accusatiuo, ut Hesiod. Theog. 23. Ἑλικῶνος *Sub*, i. e. *ad, iuxta*, radices Heliconis. Thucyd. 2, 79. ὑπ' αὐτῇ τῇ πόλει, *ad ipsam urbem*. Xen. Exp. Cyr. 1, 10. 14. ὑπὸ τὸν λόφον *ad radices collis*. Hom. Il. β', 249. ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. Virgil. Aen. 1, 99. *Troiae sub moenibus altis* i. e. *ad Troiam*. *Kuin.*

Saepe inferuit, ut Wellerus alibi loquitur, *periphrasi*; ut, οἱ ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν *Romanis parentes*, Herodi. 1, 4. 20.: τὰ ὑπὸ γαστέρα Longus 4. p. 113. τὰ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ὀνειδή Aesop. fab. 68.: τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι Hippocr. p. 32. οἱ ὑπὸ χθονὸς Soph. Antig. 64. Interdum substantiuo adiuncta, Latine exprimi per aduerbium debet, ut ὑπ' ἀνάγκης *necessario* Hesiod. Ἔργ. 15.: ὑπ' ἀναγκάης Herodo. 9, 17. *Fischer.* Sic quoque ὑπὸ χεῖρα est, *statim, promte*, v. Plutarch. de S. N. V. p. 4. αἱ δ' ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι· vbi v. Wyttenbachius. Latini et hoc in genere Graecos imitati sunt: Senec. ep. 71. *consilium sub manu, quod aiunt, nascatur*. Suet. V. Aug. 49. *quo celeriter ac sub manum annunciari cognoscique possit*.

In compositis autem notat 1. *sub*, de loco, etiam de eo qui inferior altero, alterius potestati subiectus est, sic ὑποβάλλειν *subiicere* Xen. de Venat. 7, 3.: ὑποπίπτειν animo seruili alicui se submittere adulatorum more, Aristoph. Equitt. 47.: ὑποδέομαι *subligo mihi calceos* Ael. H. V. 1, 18.: ὑπωρόφιος *qui sub eodem tecto est* Theocr. Idyl. 14, 39. conf. Porti Lex. Dor. *sub h. v. ὑποταρτάριοι sub tartarum detrusi* Hesiod. Theog. 851.: ὑποχθόνιοι *subterranei* id. ibid. 304. Ἔργ. 140. ὑπορύττειν τὰ τεῖχεα *subruere muros* Aelian. H. V. 3, 16.: ὑπακέειν *obedire* Xen. Oecon. 9, 18. 2. *clam, furtim*, Xen. Hic. 5, 2. ὑπεξείρομαι *clam e medio tollo*. Aelian. H. V. 9, 11. ὑποκινύρομαι *leniter susurro*. Id. 4, 9. ὑπομειδιάζειν *leniter ridere*. Xen. Hic. 2, 17.

ὑποπτεύειν *suspectum habere*, quae enim suspecta sunt clam et furtim suspicere solemus. 3. in multis quoque verbis compositis praepositio ὑπὸ habet vim praepositionis πρὸ. Thomas Mag. f. v. ὑπάγω. — ὑπάγειν λέγεται τὸ προάγειν ὡς περ ὑφηγητῆς ἀντὶ τῆ προσηγητῆς, καὶ ὑπογραμμὸς ἀντὶ τῆ προγραμμὸς — καὶ ὑποτίμησις, ἢ προτίμησις. καὶ ὑπειπεῖν ἀντὶ τῆ προειπεῖν. καὶ ὑπολαβὼν ἀντὶ τῆ προλαβὼν. — οὕτως οὖν καὶ ὑπάγειν λέγομεν ἀντὶ τῆ προάγειν. Etymol. M. p. 482, 4. Ὑπογραμμὸς προγραμμὸς τις ὢν ἢ γὰρ ὑπὸ, ἀντὶ τῆς πρὸ, ὡς καὶ ἐν βατραχίῳ Ἀριστοφάνη, Ὑμεῖς δὲ ταῖς Μέσαις τὸ μέλος ὑπάσατε. ἀντὶ τῆ προάσατε. add. Ammonius et Phauorinus v. ὑπάγειν, Suidas v. ὑπείπομεν et Abreschius Auctar. Dilucc. Thucydd. ad calcem animaduu. ad Aeschyl. T. 2. p. 398. sic ὑπαντᾶν *prodire, obviam ire* Xen. Sympos. 9, 3.: ὑπάγειν id. qd. προάγειν *producere* Id. Cyr. 3, 2. 8. de iis qui alios dolo protrahunt aliquo, ita ut idem sit quod ἐξαπατᾶν v. Etymol. M. v. ὑπάγει. 4. vim *augendi* habet, sic ὑποπίνω *subbibō*, i. largius bibo Xen. Exp. Cyr. 7, 3. 29.: ὑποτρώγω *largius edo* Id. Sympos. 4, 8. 5. Saepius vero, ut reliquae praepositiones in compositis vim suam amittit, sic ὑποφέρειν pro simplici φέρειν Demosth. p. 1359, 7. T. 2.: ὑπολογίζεσθαι id. qd. φροντίζειν Plat. Apol. 16. vbi v. Fischerus. Vnde et Phauorinus: ὑφηνίοχος *πλεονάζης τῆς προθέσεως*. Conf. et Zeunius ad Vigerum de Idiotism. p. 652. sqq. *Kuin.*

Caeterum haec ipsa particula confunditur saepe in libris scriptis 1. *cum* ὑπὲρ, vid. Casaubonus ad Athenae. 2. 3. p. 82. 2. *cum* παρὰ, ut apud Dionys. Halic. 1, 83. pro ἐπέμφθην ὑπ' αὐτῶν in Cod. Vatic. est παρ' αὐτῶν. sed 84. pro διαρπαζόμενος παρὰ τῶν ἐκείνῃ βεκόλων, idem Codex habet ὑπὸ τῶν ἐκ βεκ. 3. *cum* ἀπὸ ut ἀπόσπονδοι et ὑπόσπονδοι ap. Ael. H. V. 12, 27.: ἀποδείζοντες et ὑποδείζοντας apud Isocrat. p. 638.

p. 638.: ὑπαντήσας et ἀπαντήσας apud Theophr. charr. 9. add. ib. 11, 1. ὑπολιπόμενοι et ἀπολιπόμενοι Herodo. 4, 121. ἀπαντῶντας et ὑπαντῶντας ap. Xen. Cyr. 1, 4. 22. Schneid.: Xen. Ephes. 1, 7. 3. ὑπὸ πάντων et ἀπὸ πάντων. ib. 2, 3. 7. ἀπελείπετο et ὑπελείπετο vbi vid. Hemsterh. et Locella. [Apud Herodo. 6, 27. pro ἀπολαβῶν legendum ὑπολαβῶν vid. ibi Wesselingius. Apud Thucyd. 6, 58. male ἀπολαβεῖν pro ὑπολαβεῖν vid. Doruillius ad Charit. p. 363. et Fischerus har. Animaduu. P. III. S. II. p. 117. *Kuin.*]

4. *cum ἐπὶ*, vt ἐπαίτιοι et ὑπαίτιοι ap. Hom. Il. α', 355. ὑποβάλλειν et ἐπιβάλλειν Theophr. charr. c. 8.: ὑπέρχεται et ἐπέρχεται ap. Isocr. p. 578. 5. non raro omittitur, vt ap. Xen. Apomn. 3, 5. 7. *Fischer.* add. Joh. 6, 45. διδάκτοὶ θεῶ. Matth. 25, 34. οἱ εὐλογημένοι τῷ πατρὸς μᾶ. Arist. Nubb. v. 1083. ἦν τῷτο νικηθῆς ἐμῶ. schol. λείπει ἢ εἰς· ἵνα ἦ, εἰς τῷτο· δύο προθέσεων ἐλλείψεις. ἀντὶ τῷ, εἰς τῷτο νικηθῆς ὑπ' ἐμῶ. Xen. Ephes. 4, 2. 15. Loc. μήτε τὸ Νείλῳ ῥεῦμα μιανθεῖν ποτ' ἀδίκως ἀπολομένῃ σώματος· intell. ὑπό. In editt. Lipff. primis et Batauis legitur *prae* — ὑπὸ σπερδῆς *prae diligentia* — *a, ab* — *a viris*, omiffa sunt verba: ὑπ' ἀνδράσι — 1, 794. sic quoque in edd. Lipff. prr. defunt verba: *extenuat* — *ex parte pudet me*, in Batauis legitur tantum: *extenuat, vt ὑποπνεύσαντος τῷ νότῳ austro aliquantulum adspirante. Sed de his ἔστ.* *Kuin.*

[*Coniunctionum*] De coniunctionibus Graecorum, earumque potestate et vsu vario videri praeter Vigorum, Deuarii libellus, qui de particulis Linguae Graecae est, poterit. *Fischer.* conf. quoque Priscianus 16. p. 543. fs. et quae supra monuit Fischerus harum Animaduu. Vol. 3. P. 1. p. 243. f. Nos tantummodo ea, quae ab auctore nostro hic notata sunt paucis illustrabimus, atque auctoritatibus Graecorum veterum confirmabimus. *Kuin.*

αὐ]

ἀν] *Adiectiva particula ἀν, praecipue in interrogationibus, sed et in aliis loquendi formulis, vel praesens optatiui, vel imperfectum aoristumue optatiui exigit.* Verba sunt Jensii ad Lucian. dial. mort. 27. p. 444. vbi ista regula locis quoque scriptorum idoneis ab eodem viro docto confirmatur. *Fischer.* Praecipiunt nimirum grammatici hanc particulam sumi 1. ἀοριστολογικῶς h. e. indefinitam loci, temporis etc. significationem habere, et ita iungi, non modo verbis, optatiuo inprimis vel subiunctiue, sed etiam nominibus, rei qualitatem et quantitatem, particulis quoque locum, tempus, et huius generis alia declarantibus, atque respondere fere Latinorum *cumque*, vt ὅσοι ἀν *quotcumque* Marc. 6, 11.: ὅστις ἀν *quicumque* Matth. 10, 33. 2. δυνητικῶς, h. e. quum sententia commode per *vellere, posse, debere*, exprimi possit, vel etiam tempus futurum significetur. Conf. harum Animaduu. Vol. 2. p. 255. sqq. vbi de vi et potestate particulae ἀν cum verbi modis et temporibus coniunctae plura accurate notata reperiuntur, et Fischeri Ind. Graecit. Aeschin. f. v. ἀν eiusdemque notae p. 57. 36. 39. 3. παραπληρωματικῶς h. e. abundare a poetis inprimis vel ornatus, vel metri causa additam. Gregorius de Diall. p. 18. καὶ τὸ Ἄττικόν, τὸ προσλαμβάνειν πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ κῶλῳ τὸ ἀν· ὡς ἐστὶν εὐρεῖν πολλαχῆ παρα Πλάτωνι, καὶ παρα Ἀριστοφάνει. Saepius in eadem enuntiatione bis positum extat, vt Ael. H. V. 9, 10. ἀλλ' ἔγωγε ἐκ ἀν εἰς τὰ ἀκρα τὰ τῆ Ἄθω μετῴκησα ἀν. Demosth. Mid. §. 32. Tayl. μεγάλην μὲν δ' ἀν ἀρχὴν, μάλλον δὲ τέχνην, εἴης ἀν εὐρηκῶς· add. Soph. Electr. 1107. Eurip. Hec. 359.: Orest. 710. Ἀλκῆ δὲ σ' ἐκ ἀν, ἧ σὺ δοξάζεις ἴσως Σῶσαι μ' ἀν. add. Alc. 96. f. Aristoph. Thesmoph. 196. Rann. 572. 581. Troadd. 456. Helen. 954. etiam ter repetitum in eodem inciso deprehenditur; conf. qui exempla plura hanc in rem attulerunt, Abreschius Animaduu. ad Aeschyl. T. 2. p. 191. et T. 1. p. 224. Duche-

Duckerus ad Thucyd. 2, 41. p. 122. Barnesius in Ind. Graecit. Eurip. Fischerus in Ind. Graecit. Plat. f. v. *ἄν*, et Vigerus de idiotism. p. 467. vbi tamen Zenius p. 472. aliter sentit, cui *ἄν* nunquam abundare videtur. 4. *ἐλλειπτικῶς*, vt Demosth. p. 309. T. 1. *καὶ εἰς μήποτε ἀνθρώπων εὖροι*, pro *εὖροι ἄν inuenire possent*. vid. Deuarius p. 62. ed. Reusmani, Vigerus de Idiotism. p. 468. et Lamb. Bosius de ellipf. sub v. *ἄν*. Infinitiuus aor. 1. pro infinitiuo futuri vel praesentis ponitur v. Marklandus ad Max. Tyr. p. 355. Caeterum in editt. Lipsf. prr. legitur: *ὅταν* et *ὀπόταν* *quando, siquando, coniunctiuo gaudent potissimum* — sed obseruatio illa: *ei si*, habet indicatiuum et optatiuum in editt. Lipsf. primis et Batauis non extat. *Kuin.*

ἐπειδὴν] Cum indicatiuo est apud Xen. Apomn. 4, 3. 6. *ἐπειδὴν πλείεσθ δεόμεθα τέττε*. Fischer. *ἐπειδὴν* dicitur pro *ἐπειδὴ ἄν*, notat *postquam, quum, quandoquidem, si*, et copulatum cum *τάχιστα, simulac, vt primum* vid. Xen. Exp. Cyr. 3, 1. 9. Aeschin. dial. 2, 13. Construitur cum *coniunctiuo*, et vero etiam cum *imperfecto*, quo Attici et optatiuum atque coniunctiuum exprimere solent, respondetque Latinorum imperfecto coniunctiuui, vt ap. Palaeph. 39, 4. *ἐπειδὴν ἦν quum esset*. ib. 32, 16. *ἐπειδὴν μὴ παρεῖχον quum non darent*, non vero cum reliquis *indicatiui* temporibus; quod si ergo his iunctum deprehendatur, haec scriptura debetur incitiae vel negligentiae librariorum operarumque, qui haud raro *ἐπειδὴν* commutarunt cum *ἐπειδὴ postquam, ubi, quum, quia*, quod cum indicatiuo construitur, etiam vt *ἐπὶν* Hesiod. *Ἔργ. 290. ἐπὶν* [schol. *ἐπεῖ*] *δ' εἰς ἄκρον ἴκησιν* cum *optatiuo*, ita vt huic iunctum, respondeat Latinorum plusquamperfecto coniunctiuui, vt ap. Plato Phaedon. 3. *ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθεῖν postquam aperta esset*, vbi v. Fischerus. Aeschin. dial. 1, 12. 11. *ἐπειδὴ γε εἰς τὴν ἡλικίαν ἀφίκοιντο*. add. Palaeph.

laeph. 39, 1. 41, 2. ἐπειδὴ γὰρ προσβάλλοιεν ἀλλήλοισι *quum inter se conflagere coepissent*. Sic apud Xen. Apomn. 1, 2. 35. 4, 3. 4. haud dubie legi debet ἐπειδὴ pro ἐπειδάν· vid. Zeunius ad Viger. p. 394. iungitur et haec particula aduerbiis εὐθέως, πρῶτα Hom. Il. α', 136.: τάχιςα, *simul, ut primum* Xen. Cyr. 1, 3. 14. 5, 4. 21. *Kuin.*

ad pag. 258. ἵνα] Cum *indicatiuo* et *optatiuo* iungitur saepe apud Homerum, vt Il. α', 363. ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόω ἵνα εἶδομεν ἄμφω. Il. η' 353. ἵνα μὴ ῥέξομεν ᾧδε· vbi scholiastes: ἀντὶ τῆ, εἰάν μὴ ῥέξομεν. Il. ε', 564. ἵνα χερσὶν ὑπ' Αἰνείαιο δαμείη Il. ν', 670. ἵνα μὴ πάθοι ἄλγεα θυμῶ v. Obsf. Misc. Nouu. T. 3. p. 15. *Fischer.* Apollonius Lex. Hom. p. 363. ἵνα, ἐπὶ μὲν τῆ τοπικῆ — ἵνα γὰρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι [Il. κ', 127.] ἐπὶ δὲ τῆ αἰτιώδεις συνδέσμους, κατ' ἴσον τὸ ὅπως ἢ ἵνα ὑβρὶν ἴδη Ἀγαμέμνονος [Il. α', 203.] Ἴνα, vt, ἵνα μὴ *ne*. Construitur cum *Indicatiuo*, rarius tamen. Sic iungitur praesenti, Hom. Il. θ', 18. ἵνα εἶδετε. vid. Zeunius ad Viger. p. 540. Valckenar. Diatrib. in Eurip. Reliqq. p. 149. Kypkius ad 1 Cor. 4, 6. et Deuarius p. 174.: Imperfecto, vt ap. Plat. Crit. 3. ἵνα οἰοί τε ἦσαν καὶ ἀγαθὰ τὰ μέγιστα. Futuro, Apoc. 22, 14. ἵνα ἔσαι. Homer. Il. φ', 314. ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα. Thomas Mag. ἵνα ᾧσι λέγε, οὐχ ἵνα ἔσονταί πάνυ γὰρ ἀμαθὲς ἐπὶ τῆ μέλλοντος, ἵνα, ἢ εἰάν, ἢ ἀν, ἢ ἦν, ἢ ὅταν τιθέναι. Sed hanc particulam etiam futuro indicatiui iungi solere, pluribus exemplis comprobauit Abreschius in Obsf. Misc. Nouu. Vol. 1. T. 3. p. 14. et dilucc. Thucydd. p. 793. iungitur autem particulis ἵνα, ὅπως, ὄφρα, futurum indicatiui pro praesenti coni. tum, quum significatur res futura, eaque continua. Plerumque tamen coniungitur cum *optatiuo*, quum sermo est de re praeterita, et *coniunctiuo*, quum sermo est de re futura, vt monuit Dauesius Miscell. Crit. p. 82. f. vt Aristoph. Plut.

Plut. 91. ἵνα διαγιγνώσκωιμ' *ut dignoscerem.* Aeschin. dial. 2, 22. ἵνα θεάσαιο, *ut videres.* Herodo. 5, 118. ἵνα — γενοίατο, *ut redderentur.* Homer. Odyf. 1, 155. ἵνα δεσπνήσειαν ἑταῖροι. Xen. Cyr. 8, 3. 20. ἵνα διαπράττωμεν [Schneid. διαπράττοιμεν] *ut iis satisficiamus.*

Ponitur etiam ἵνα pro ὡς, *ita, ut,* 1 Cor. 14, 13. ἵνα διερμηνεύῃ *ita ut interpretetur,* vid. Abreschius dilucc. Thucydd. p. 772. et annotatt. ad N. T. ad calcem animaduu. ad Aeschyl. T. 1. p. 580. Pro ὅπου *ubi, quo,* de loco; schol. ad Aristoph. Nubb. v. 279. ἵνα ἀντὶ τῆ ὄπῃ. Callimach. Apoll. 113. — ὁ δὲ Μῶμος ἴν' ὁ Φθόρος ἐνθά νέοιτο. Plato Apol. c. 1. ἵνα ὑμῶν οἱ πολλοὶ ἀκηκόασι. hoc sensu etiam copulatur cum genitiuis nominum Soph. Ai. 386. οὐχ ὄρας, ἴν' εἴ κακῆ *nonne vides ubi malorum fis,* quanto in malo verferis. Herodo. 1, 213. καὶ ἔμαθε ἵνα ἦν κακῆ *didicit in quantum malum incidisset.* Eurip. Jon. 1252. ἴν' εἴ τύχης. add. Helen. 1461. *ubi v. Barnesius.* Pro ὅτε, vel ὅταν *de tempore,* Joh. 16, 2. ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς — δόξῃ λατρεῖαν προσφέρειν τῷ θεῷ. add. 1 Cor. 7, 29. Ἴνα τι et coniunctim ἵνατί, pro *eis τί, ἐπὶ τί, quorsum, quare,* Hesychius: ἵνα τί διατί, *eis τί.* Arist. Pac. 409. ἵνα τί δὴ τῆτο δρᾶτον *cur hoc tandem faciunt.* Interdum deest, *ut post verbum θέλω* Anacr. 10, 5. πόσθ θέλεις ἔφην, σοὶ τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι. ib. 12, 1. τί σοὶ θέλεις ποιήσω; v. 4. θέλεις λαβῶν ψαλίξω. id. 32, 24. τί σοὶ θέλεις ἀριθμῶ. Matth. 20, 32. τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; Luc. 18, 41. τί σοὶ θέλεις ποιήσω; Matth. 26, 17. θέλεις ἐτοιμάσωμεν. etiam Hebraeorum particula ך̄ interdum ita omitti solet, *ut* 1 Sam. 16, 16. Post βέλομαι, *ut,* ap. Plat. Phaedo. 25. θῶμεν ἔν βέλει. Id. Cratyl. 1. βέλει ἔν ἀνακοινώσωμεν. Sed librarii hanc praeeptionem negligentes, saepius eiusmodi in locis particulam ἵνα in ordinem receperunt, vel aoristum coniunctiui, muta-

runt

runt in futurum indicatiui, vt Matth. 26, 17. cum tamen nec Latina lingua hunc loquendi vsum ignoret, vt Terent. Andr. 4, 2. 25. *verum vis dicam?* add. Eunu-
ch. 5, 9. 24. Hecyr. 5, 2. 21. *Kuin.*

ὄφρα] Cum *optatiuo* est apud Homer. Odyf. α', 261. ὄφρα οἱ εἶη ἰὲς χρεῖσθαι χαλκήρεας. et apud Callimachum Dian. 109. ἀέθλιον Ἑρακλῆϊ ὄφρα γένοιτο. Cum *coniunctiui* ap. Hesiod. Ἄσπ. 28. f. ὄφρα θεοῖσιν Ἄνδράσι τ' ἀλφησισιν ἀρεῆς ἀλκτῆρα φυτεύσῃ. ὄφελον autem *construitur* cum *indicatiuo* Job. 14, 13. et *optatiuo* Pl. 118, 5. non cum *coniunctiui*. Conf. Lucian. Soloec. c. 1. p. 554. T. 3. et ibi Graeuii Reitziique nota. *Fischer.* Apollon. Lex. Hom. p. 519. ὄφρα ἀντὶ τῆ ἵνα ἢ ὅπως ὄφρα ἰδῆ Μενέλαον. [Hom. Il. δ', 195.] ἐπὶ δὲ τῆ ἕως ὄφρα μὲν Ἥως ἦν [Hom. Il. θ', 66.]. ὄφρα *quamdiu, donec, ut*, est vocabulum poeticum, de cuius potestate accurate disputavit Zeunius ad Viger. p. 427. *construitur* cum *optatiuo*, Hesiod. Ἔργ. 606. — ὄφρα τοι εἶη, Βασί καὶ ἡμίνοισιν ἐπηετανόν. cum *indicatiuo*, Hom. Il. θ', 110. ὄφρα καὶ Ἐκτωρ εἴσεται. Il. ν', 172. ὄφρα Διὶ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ' et saepius. Cum *coniunctiui*, ap. Hesiod. Ἔργ. 299. ἐργάζεο — ὄφρα σε λιμὸς ἐχθάρῃ 341. ὄφρ' ἄλλων ὠνῆ κλῆρον. De *coniunctione* ὄφελον iam plura scite obseruauit Fischerus harum animadu. Vol. 3. P. 1. p. 147. f. Apollon. Lex. Hom. ὄφελος ὠφειλες, καὶ ὄφελον ἐπ' εὐχῆς τάσσεται. Il. α', 415. σ', 367. *Kuin.*

ὡς] *Indicatiuo* iunctam particulam isthanc habes in loco Xen. Apomn. 3, 3. 10. εἰάν γε — διδάξῃ αὐτὸς, ὡς τὸ πείθεσθαι σοι κάλλιον τε καὶ σωτηριώτερον αὐτοῖς ἔσαι. Et apud Isocratē p. 222. ὡς ἐν ἀδύνατόν ἐστι σοι συστῆσαι τὰς πόλεις ταύτας. et mox: ὡς καὶ βραδίως ταῦτα πράξεις. *Fischer.* Pro ὡς, ἵνα, *ut, ita ut*, Hesychius: ὡς — ἵνα. Apollon. Lex. Hom.

p. 724. ὡς ἀντὶ τῆ ἴνα, ἢ ὅπως. Hom. Odyf. β', 376. Thomas Mag. ὡς — καὶ ἀντὶ τῆ ἴνα. v. Zeune ad Viger. p. 541. Jungitur 1. *indicatiuo*, Herodo. 8, 56. ἐς τσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὡς ἐνιοὶ τῶν στρατηγῶν εἰδὲ κυρωθῆναι ἔμενον, — ἀλλ' ἐσέπιπτον, καὶ ἰσὶα ἀείροντο. Plato Cratyl. 4. ὡς ἄρα, οἷα μὲν ἀν' ἐμοὶ φαίνεται τὰ πράγματα εἶναι, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί· vt adeo quales mihi videantur res esse, tales sint mihi. Theocrit. Id. 2. 3. ὡς τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα. add. Herodo. 3, 104. 2. *optatiuo*, Palaeph. 2, 9. ὡς ὁ Ταῦρος αὐτὸν τιμωρήσαστο vt ab eo roenas sumeret. Xen. Exp. Cyr. 1, 3, 14. ἐλθόντας δὲ Κύρον αἰτεῖν πλοῖα, ὡς ἀπεπλέοιεν. Soph. Ai. 1075. ὡς ἔλοι δορί. Thuc. 2, 48. ὥσε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα. 3. *coniunctiuiο*, Eurip. Alc. 75. ὡς κατάρξωμαι ξίφω· vbi v. nos v. 720. ὡς θάνωσι πλείονες. add. Eurip. Phoen. 1095. Hom. Il. α', 32. 4. *infinitiuiο*, Xen. Rep. Laced. 5, 2. ὡς μήτε ὑπερπληρῆσθαι, μήτε ἐνδεεῖς γίνεσθαι. Id. Exp. Cyr. 1, 8. 10. ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν. Palaeph. 31, 5. ὡς — λαβεῖν Eurip. Alc. 359. ὡς τὴν κόρην Δῆμητρος — ἐξ ἄδῃ λαβεῖν. Herodo. 2, 25. ὡς δὲ ἐν πλέονι λόγῳ δηλώσαι.

Ponitur pro ὅτι, quod, Hesych. ὡς — ὅτι. Thomas Mag. ὡς — λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τῆ ὅτι· hoc sensu iungitur 1. *indicatiuiο*, Xen. Exp. Cyr. 2, 5. 6. ὡς σὺ ἡμῖν ἐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς. Palaeph. 2, 5. ὡς ἐκ ἔστιν ἐξ αὐτῆ ὁ παῖς. Eurip. Alc. 206. ὡς ἔ' ποτ' αὖθις — κύκλόν θ' ἤλις προσόψεται. Aristoph. Plut. 573. ὡς ἔστιν ἀμείνων Πενία πλάττει. 2. *optatiuiο*, Xen. Exp. Cyr. 2, 6. 10. ὡς δεοὶ τὸν στρατιώτην φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν ἀρχοντα ἢ τὰς πολεμίους. Id. Oecon. 4, 21. ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἶη. 3. *infinitiuiο*, Palaeph. 24, 1. Φασὶν ὡς — ἀλλάσσειν τὴν ἰδέαν. Particulas enim ὡς et ὅτι, etiam ὥσε, vt monuit Fischerus Pro-

Pars IV. T luff.

luff. Palaephatt. 1, 3. p. 15. loco indicatiui vel optatiui; tum recte sequuntur infinitiui, quum praecedunt verba eiusmodi, quibus iungi infinitiui simpliciter poterant, Palaeph. 1, 4. ἐκήρυξεν — ὡς τέτω δώσειν χρήματα πάμπολλα *se huic daturum esse.* vid. Raphelius ad Act. 27, 10. et Fischerus ad Plat. Phaed. 8, 7. ita, vt interdum particulae illae ab ipsis scriptoribus omiffae sint, vt Palaeph. 7, 8. κηρύττει — τῶ ἀποκτενεῖντι τὴν Σφίγγα δώσειν χρήματα πολλά. Plat. Phaed. 37. τὴν ἦν τὸ σε αὐθράττον, ἀπισίαν παρέχειν. conf. Fischerus ad Anacr. 20, 15. et quos ibi laudauit.

Jungitur etiam *ὡς participiis*, nec tantum genitiuis absolutis, sed etiam aliis casibus, ita vt reddi debeat, *tanquam, ut, eo consilio, utpote, quia &c.* vid. Zeunius ad Vigerum p. 542. haud raro tamen redundare videtur conf. Koenius ad Gregor. de dialect. p. 31. *Nominatiuo*, Eurip. Alc. 189. ὡς θαναμένη Xen. Exp. Cyr. 1, 1. 11. ὡς βελόμενος *simulans se velle.* Id. ib. 5, 7. 22. ὡς ἂν ἐωρακότες *quippe qui viderant.* ib. 2, 6. 2. ὡς πελεμήσων *ut bellum inferret.* *Genitiuo*, Xen. Oecon. 6, 1. ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων. Id. Cyr. 1, 6. 11. ὡς ἔν ἐμῆ μηδὲ ποτε ἀμελήσοντος οὕτως ἔχε τὴν γνώμην. vid. *har animadu.* Vol. 3. P. 1. p. 386. 388. *Accusatiuis* etiam iungitur pro genitiuis consequentiae, ita, vt saepe participia absolute ponantur, omiffis pronominibus, vt Xen. Cyr. 1, 4. 23. ὡς ἂν ψησομένους Plutarch. de audiend. poët. c. 10. ὡς καὶ τὴν σκαιότητα καὶ τὴν δειλίαν ἀμαθίαν ἔσαν καὶ ἀγνοίαν vbi vid. Krebsius, idemque Obsf. Flavv. p. 403. et Lennep. ad Phalarid. p. 352.

Copulatur etiam cum *aduerbiis*, et *superlatiuis*, atque vt particula ὅτι, exprimi debet Latinorum *quam*, sic ap. Plat. Phaedo. 49. ὡς ἐναργῶς *quam perspicue.* Eurip. Phoenn. 998. Γυναῖκες, ὡς εὖ πατρός ἐξείλον Φόβον. Aelian. H. V. 12, 21. ὡς μάλιστα *quam maxime.* Herodo.

Herodo. 3, 69. 4, 405. ὡς τάχιστα, *quam primum*. vid. Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 235. sed redundat in formula ὡς ἀληθῶς vid. Berglerus ad Alciph. p. 126. ὡς ἄλλως Joseph Ant. 6, 11. 7.: ὡς μετριώτατα *quam modestissime* Demosth. Cor. c. 2. et huius generis aliis. Intendit quoque haec particula *positivo* et *comparativo* iuncta, ut ὡς ἡδὺ *quam iucundum est* Xen. Cyr. 7, 1. 10. ὡς καλῆς *quam pulcher* ib. 1, 3. 2.: ὡς ἥσσον *quam minime* ib. 1, 3. 4. — Ponitur pro ἕως Soph. Electr. 547. Thuc. 4, 40. quo posteriori loco scholiast. ὡς ἐδύναντο explicat ἕως ἐδύναντο vid. Abreschius dilucc. Thucydid. p. 413. sq. et animadu. ad Aeschyl. T. 1. p. 586. Pro ἔτως, Eurip. Electr. 155. ὡς σὲ τὸν αἰθλιὸν πατέρ' ἐγὼ κατακλαίωμαι add. Id. Bacch. 1066. Ὡς pro ἔτως in formula ὡς ἀμεινον ἦν, qua utebantur ii, qui alios docebant, quid faciendum esset, vel corrigebant, non satis recte quippiam dicentes, vel facientes, ut Hom. Il. α', 217. Καὶ μάλιστα περ θυμῷ κεχολωμένον ὡς γὰρ ἀμεινον. add. Hesiod. Erg. 570. sqq. Sed numeralibus additum, notat *circiter*, ut Demosth. p. 1378. 18. T. 2. ὡς πενήκοντα ἔτεσιν. Herodo. 2, 130. ἀριθμὸν ὡς εἴκοσι Xen. Exp. Cyr. 1, 6. 1. ὡς δισχιλίων ἵππων. Joseph. Ant. 1, 3. 5. ὡς ἐπὶ πήχεις πεντεκαίδεκα. conf. Elserus Obs. Sacr. T. 1. p. 310.

Haud rarerer idem valet quod ἀληθῶς, ὄντως, quibus verbis Hesychius explicat, *vere*, Triclinius ad Soph. Electr. 1188. τὸ ὡς ἀντὶ τῆς ὄντως. Matth. 21, 26. πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην sed Marc. 11, 32. ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. Interdum etiam reddi debet *veluti*, *exempli gratia* v. Abresch. Dilucc. Thucydid. p. 31. Idem valet quod εὐθέως, *statim*, cum praecessit ὡς Theocr. Idyl. 2, 82. Χῶς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὡς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας. Id. 3, 42. ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθυὺν ἄλλετ' ἔρωται vbi scholiast. τὸ ὡς, ἀντὶ

τῆ εὐθείᾳ· καὶ Ὅμηρος [Il. τ', 16.] ὡς ἴδεν, ὡς μιν
 μάλλον ἔδου χόλος. Virgil. Ecl. 8, 41. *Vt vidi, ut perii,*
ut me malus abstulit error; i. e. cum vidi, tum statim
 amore exarshi. Praeterea ὡς μὴ idem valet quod ἴνα
 μὴ, ne, iungiturque coniunctiuo, optatiuo et infinitiuo,
 vt Xen. Cyr. 1, 2. 3. ὡς μὴ μιγνύηται· sed Zonaras
 ἴνα μὴ Id. Expr. Cyr. 1, 5. 10. ὡς μὴ ἀπτεσθαι τῆς
 κάρφης τὸ ὕδωρ· ib. 2, 4. 17. ὡς μὴ διαβῆτε. Id.
 Cyr. 1, 4. 17. ὡς μὴ βοηθοῖεν. Denique saepius etiam
 per ellipsin deest, vt Soph. Oed. Col. 138. μή μ' ἰκε-
 τεύω προσίδητ' ἄνομον· vbi schol. λέιπει τὸ ὡς, ἵν' ἦ
 ὡς ἄνομον. Aelian. H. V. 1, 15. φασὶν pro ὡς φα-
 σὶν. ib. 1, 17. ἐμοὶ δοκεῖν pro ὡς γέ μοι δοκεῖν quae-
admodum mihi videtur, vt plenius legitur apud Lucian.
 Timon. T. 1. p. 125. vbi vid. Ienius, add. Gatacker-
 us Aduersarr. p. 382. Abreschius Animadu. ad Aeschyl.
 T. 1. p. 281. *Kuin.*

ὅπως] Cum futuro indicatiui legitur inprimis saepe
 apud Atticos, vt, ὅπως δὲ μοι καὶ τὰλλα συμπαρα-
 σταται ἔσεσθε Arist. Plut. 326. sq.: ἀλλ' ὅπως ἀγωνίῃ
 φρόντιζε τὰ πῖλοιπ' ἄριστα Id. Equitt. 685.: add. Ari-
 stoph. Plut. 623. vbi vid. Hemsterhusius, vnde Nubb.
 1179. leg. ὅπως σώσεις· v. 1400. δόξεις. Soph. Electr.
 1302. ὅπως — πῖγνώσεται. Xen. Apom. 3, 2. 1. ὅπως
 σωαί τε ἔσονται αἱ οἶες καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔξουσιν. Sic
 Isocrat. p. 156. ὅπως μεγίστην ἀρχὴν ἔξουσιν. et ipse
 Homer. Odyf. α', 57. ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται. Ergo
 malim equidem apud Xen. Apomn. 2, 4. 2. pro ὅπως
 κτήσονται legere κτήσονται vt edidit Ernestius in ed. 3.
 et Zeunius conf. Heupelius ad Marc. 5, 23. Abreschius
 lectt. Aristaenn. p. 12. f. et Findeisenus ad Plat. Gorg.
 p. 127. Caeterum satis notum est, coniunctionem
 isthanc frequenter, inprimis ante verbum ὄραῖν omitti
 solere, vt ὄρα, μηδενὶ εἶπης· intell. ὅπως Matth. 8, 4.
Fischer. Thomas Mag.: τὸ ὅπως καὶ ἀντὶ τῆ ἴνα, καὶ
 ἀντὶ

ἀντὶ τῆ πῶς — οἶον, ὅπως ἔχει σοι τὸ σῶμα· καὶ ἀντὶ τῆ ἐπὶ οἶον, ὅπως δ' εἰς ταυτὸν ἤκομεν· καὶ ἀντὶ τῆ ὡσπερ' οἶον, ὅπως ἂν ἐξείη· καὶ ἀντὶ τῆ ἔτως· Εὐριπίδης ἐν Ἐκάβῃ [v. 398.] ὅποια κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ' ἔξομαι. Notat quomodo, Soph. Ai. 1067. ἐστὶν ὅπως ἔχει vbi Triclinius: ὅπως ἀντὶ τῆ πῶς. Hom. Odyf. i, 420. ἐγὼ βέλευον ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο. *Quemadmodum, prouti* Lyf. p. 117. Tayl. min. ὅπως αὐτῶ ἐδόκει. Ponitur pro ἵνα, ὡσεῦτε, ita vt, vt adeo Aeschin. Dial. 3, i. 2. Matth. 5, 16. vid. Abreschius dilucc. Thucydid. p. 772. *Cum, postquam, ἐπεὶ* Eurip. Phoen. 1155. Aristoph. Nubb. 60. vid. Deuarius p. 253. Zeunius ad Viger. p. 421. sq. et Glaffii Philol. S. p. 375. — Legitur pro ἔτως Eurip. Troad. 148. ὅπως ἐξάρεξω γὰρ Μολπᾶν.

Construitur autem i. cum *indicatiuo*, imprimis cum futuro indicatiui, ita vt respondeat Latinorum praesenti coniunct., maxime post verba studium, curamue indicantia, vt Aristoph. Vespp. 651. Φράσον γε νῶν, ὅπως ἐγὼ τε χ' οὐτοσί Ζυνεσόμεθ' ὑμῖν πετομένοις. Plat. Phaedon. 40. ὅπως τοῖς παρεῖσιν, ἃ ἐγὼ λέγω, δόξει ἀληθῆ εἶναι, προθυμήσομαι. Herodo. 3, 104. ἐλαύνεσι — ὅπως — ἂν ἔσοντα ἐν τῇ ἀρπαγῇ. Soph. Trachin. 613. Φράξ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν Κείνε πάροιδεν ἀμφιδύσεται χροῖ, Μῆδ' ὄψεται νιν. Xen. Exp. Cyr. 5, 4. 21. ὑμᾶς δεῖ παρασκευάσασθαι, ὅπως καὶ τοῖς φίλοις ἔσι τῶν βαρβάρων δόξετε κρείττεσ αὐτῶν εἶναι, καὶ τοῖς πολεμίοις δηλώσετε κ. τ. λ. Id. de re equest. 4, 5. ὡς δὲ περὶ τῶν ὅπλων, ὅπως καρετεροῦ ἔσοντα, ἔτως καὶ περὶ τῶν σομάτων, ὅπως μωλαικῶ ἔσαι, ἐπιμελεῖσθαι δεῖ. Ita quoque vsurpatur ὅπως μῆ. Id. ib. 3, 8. ὄρα ἂν χροῖ, ὅπως μῆ οἱ πολέμοιο αὐτὸς τῆτο δροῦν ἀναγκάσθωσιν. Aristoph. Vespp. 371. ἀλλὰ τηρώμεθ', ὅπως μῆ Βδελυκλέων αἰσθήσεται. Sed saepius quoque ὄρα, Φρόντιζε, ἄγε, ante ὅπως intelligi debent,

de quo ellipsios genere iam supra disputavit Fischerus, add. Bachius ad Xen. Sympol. 4, 8. Post verba timendi ὅπως habet vim negandi, vt ap. Aristoph. Plut. 199. f. Πλὴν ἐν μόνον δέδοικα — Ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν, ἣν ὑμεῖς φατέ ἔχειν με, ταύτης δεσπότης γενήσμαι vnum tantum vereor, — vt potentia quam vos me habere dicitis, vti possim.

2. cum optatiuo, vt Aeschin. dial. 3, 1. Ὅπως ῥᾶσα ὁμῶς γενοίμεθα, vt eo facilius conueniremus. Xen. Rep. Laced. 4, 7. ὅπως δύναντο καὶ ἔτοι μηδὲν ἥττον τῶν ἡβώντων στρατιωτικὰς πόνους ὑποφέρειν. Id. Exp. Cyr. 1, 4. 5. ὅπως ἐπλίτας ἀποβιβάσειεν εἰς αὐτὴν καὶ ἐξ τῶν πυλῶν. Eurip. Alc. 653. ὅπως Ἀλκίσις ἐς γῆρας μόλοι. Hom. Odyf. 1, 554. ὅπως ἀπολοίατο. Thuc. 1, 55. ὅπως προσποιήσειαν. coniungitur vt ὡς cum particula ἂν Herodo. 1, 99. ὅπως ἂν μὴ — λυπεοίατο. ib. 110. ὅπως ἂν διαφθαρείη. 3. cum coniunctiui, sic, Xen. Oecon. 6, 11. ὅπως, ἃ μὲν ἀγαθὰ ἐσι, ποιῶμεν. Aristænet. 2, 10. ὅπως ἂν ἴδω vt videam. Luc. 11, 37. ἡρώτα αὐτὸν ὅπως ἀριζήσῃ παρ' αὐτῶν. Eurip. Alc. 779. ὅπως ἂν καὶ σοφώτερος γένη. Herodo. 2, 120. ὅπως — καταφανὲς τῆτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιῶσι Thuc. 1, 56. ὅπως τιμωρήσονται. 4. cum infinitiui, Xen. Oecon. 7, 29. δεῖ ἡμᾶς πειρᾶσθαι, ὅπως ὡς βέλτιστα τὰ προσήκοντα διαπράττεσθαι. vid. Wesselingius ad Diod. Sic. T. 2. p. 408. et Abreschius Animadu. ad Aeschyl. T. 1. p. 390. *Κυρίως.*

μη] Cum praesenti et aor. coni. est apud Aristoph. Plut. 622. f. καὶ μὴ διατρέβωμεν γε, μὴ πάλιν τις αὐτῶν ἑλθὼν διακωλύσῃ τι τῶν πρῶτων ποιεῖν. Fischer. conf. Deuarius p. 214. sqq. Zeunius ad Viger. p. 441. f. et Thomas Mag. f. v. μη p. 611. ibique interpp. μη ποῖν, pro ἔ Matth. 3, 10. μὴ ποιεῖν καρπὸν καλόν. Aristoph. Auu. 195. μὴ γὰρ νόημα κομψότερον ἤκεσα πῶ. et in formulis μὴ ὅτι — ἀλλὰ, μὴ ὅπως — ἀλλὰ ποῖν

non solum — sed, μή — μάλλον l. *ἀλλὰ non tam — quam*, de quibus conf. Fischerus ad Plat. Apol. 32, 15. et Palairētus Obsf. Philoll. p. 236.: schol. Aristoph. ad Ranas p. 134. Basil. laudatus a Fischero Ind. Graecit. Aeschin. f. *μή ἢ γὰρ μή ἀπαγόρευσις παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀντὶ τῆς ἑ ἀρνήσεως παραλαμβάνεται. Ne, 1. cum indicativo*, Eurip. Phoen. 92. *μή τις πολιτῶν ἐν τριβῶ φαντάζεται* vbi v. Valckenarius. Long. Pastoral. 3, 18. p. 360. *μή — ἀπελπίσας — τολμήσει τι θανατῶδες*. cf. de particulae *μή* cum fut. indic. constructione Doruill. ad Charit. p. 544. et Hemsterhuf. ad Aristoph. Plut. v. 623. Aristoph. Ecclef. 486. *περισκοπεμένη — μή ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα*. 492. *μή καὶ τις ὄψει ἡμᾶς* vbi *μή*, cum praecesserit *περισκοπεμένη* positum est pro *μήποτε*, quo sensu saepius legitur, de quo dicendi genere conf. Abreschius dilucc. Thucydd. auctar. T. 2. animaduu. ad Aeschyl. p. 285. Thucyd. 3, 53. *νῦν δὲ φοβόμεθα, μή ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν*. 2. *cum imperativo*, Xen. Expr. Cyr. 1, 3. 3. *μή θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παρῆσι πρᾶγμασιν*. Matth. 6, 19. *μή θησαυρίζετε ὑμῖν*. vid. Abreschius dilucc. Thucc. Auctar. p. 235.: Aristoph. Thesmophh. 877. *μή ψεῦσον* Lylistr. 1035. *μή φίλησον*. Sed aoristi imperatiuum his in locis vim habere coniunctiui, vt adeo *ψεῦσον* positum sit pro *ψεῦσης, φιλήσης* monuerunt grammatici veteres. vid. Koenius ad Gregor. p. 6. et Abreschius dilucc. Thucydd. p. 47. 3. *cum optativo*, Luc. 20, 16. *μή γένοιτο*. Soph. Trachin. 482. *μή σέρνον ἀλγύνοιμι τοῖσδε τοῖς λόγοις*. 4. *cum coniunctiui*, Soph. Ai. 1109. *μή, τόν δὲ θάπτων, αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσης*. Eurip. Androm. 876. *μή τιν' αἰχύνην λάβης*. Matth. 6, 31. *μή ἐν μεριμνήσητε*. Xen. Expr. Cyr. 7, 1. 8. *μή ποιήσης ταῦτα*. Thucyd. 3, 79. *δείσαντες μή — πολέμιοι, ἢ τὲς ἐκ τῆς νήσε ἀναλάβωσιν, ἢ καὶ ἄλλο τι νεωτερίσωσι*. 5. *cum infinitiui*, Xen. Agef. 8, 5.

ἐφυλάττειτο μὴ ἀπίστος γενέσθαι τοῖς ἀφίσασθαι βε-
λομένοις. Xen. Exp. Cyr. 2, 5. 3. καὶ δεξιάς δεδο-
μένας, μὴ ἀδικήσῃν ἀλλήλους. vbi omissum est ὡς. Kuin.

ὅτι] cum optatiuo occurrit apud Xen. Apomn. 2,
6. 13. ἀλλ' ἤκιστα μὲν ὅτι Περικλῆς πολλάς ἐπίσαστο
nam Brodaeī ἐπίσαστο non placet. Caeterum de hac
coniunctione tenenda sunt haec: 1) eam, praesertim
quando verba quae alter dixerit, vel dicere solitus sit,
recitentur, redundare, atque Latine adeo verti non debere:
cuius generis exempla permulta vel e Theophrasti li-
bello, qui de characteribus morum est, peti a tironi-
bus poterunt. conf. Doruillius ad Chariton. p. 587.
Quare igitur eam Georgius Matth. 20, 12. et aliis in
locis N. T. reddi mauelit per *profecito*, ego non video,
neque mecum fortassis alii viderint. vid. eius Hierocrit.
P. 1. p. 79. 2) non rarenter eam cum particula ὅτε con-
fudisse librarios Xen. Cyr. 4, 1. 11. Fischer. Particula
ἐπι, de qua conf. Zeunius ad Viger. p. 533. sq. et De-
varius p. 266. sqq. inter alia notat quia, quod Xen.
Oec. 8, 8. ἢ ὅτι ταχὺ πλεῖ. quod, dass, Isocrat. Euag.
c. 2. εἰδότες ὅτι, τέτων εὐλογηθήσονται μάλλον et hanc
significationem quum obtinet semper fere Latine per
accusatiuum cum infinitiuo exprimi debet; quare, quati-
obrem, Eurip. Rhel. 135. ὅτι ποτ' ἄρα δαίσις πνεῦ-
κατ' ἀντίπερα ναυ-ἀθμων δαίεται; Lucian. T. 1. p.
497. καὶ ἦρθε με, ὅτι γελῶν. Sed his in locis, vt
recte obseruauit Iensius ad Lucian. l. c. scribi debet ὅ,
τι quum enim Attici dixerint ὅσις pro τίς etiam ὅ, τι
dictum est pro τι, quod legitur his in locis pro διότι,
vel διὰ τί vid. schol. ad Aristoph. Vespp. 22. Hom. Il.
ἀ, 64. ὅς κ' εἴποι, ὅ, τι τόσσον ἐχώσατο Hesychius
hunc locum respiciens, ὅ, τι τόσσον, interpretatur, διότι
ποσῆτον. sed Marc. 9, 11. 28. vbi vid. Albertius, Kreb-
sius Obsf. Flauu. p. 90. et Kypkius Obsf. Sacrr. p. 176.
T. 1. legitur ὅτι cur, quare quoniam Hebraei eodem
sensu

sensu vsurparunt particulam ὅ quam Alexandrini expresserunt per ὅτι 2 Regg. 18, 34. Ponitur etiam pro ὡσε, ἵνα 1 Joh. 4, 17. quam tamen significationem Zeunius l. c. inter spurias huius particulae significationes refert, si res aestimetur e pura graecitate; at enimvero Abreschius dilucc. Thucydd. p. 154. laudavit hanc in rem locum Aristoph. Acharnn. 647. Ἰ. οὕτω δ' αὐτῆ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πρόβρω κλέος ἦκει, Ὅτι καὶ βασιλεὺς — Ἡρώτησε πρώτοι μὲν αὐτῆς.

Construitur autem plerumque cum *indicatio*, et vero etiam cum *optatio*, Xen. Oecon. 1, 17. δι' αὐτὸ τῆτο ὅτι δεσπότας ἐκ ἔχοιεν. Lyfias p. 897. T. 1. ὅτι καταλίποι quod reliquisset. Herodo. 3, 43. ἔμαθε — ὅτι εἶη — μέλλει legendum μέλλοι Xen. Cyr. 4, 6. 3. ὅτι δῆθεν τῆς βασιλέως θυγατρὸς ὀψοίμην τὸν ἐμὸν υἱὸν γαμέτην quod scilicet filiae regis visurus essem filium, meum maritum. vid. index Zeunii ad Xenoph. Cyrop. et de Exped. Cyri, eiusdemque not. ad Mem. 2, 6. 13. et Locella ad Xen. Ephes. p. 241. Jungitur item *infinitivis*, vid. ad particulam ὡς notata. Redundare vero etiam hanc particulam, quum laudentur verba alicuius, ita vt oratio sit recta, non obliqua, patet ex locis his: Aeschin. dial. 1, 13. λέγουσι γάρ πε καὶ αἱ γυναῖκες, ὅτι θεῖος ἀνὴρ ἕτός ἐστι. Id. 3, 14. ἦκσα δὲ ποτε καὶ τῆ Προδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος, ἔτε περὶ τῆς ζωνταῖς ἐστιν, ἔτε περὶ τῆς μετηλλαχότας. Xen. Exp. Cyr. 1, 6. 7. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι ἔ. vid. Kypkius Obsf. Sacrr. T. 1. p. 156. Raphael. p. 246. T. 1. Caeterum ὅτι et ὅτε saepius a librariis inter se esse permutata, docent loci ab Albertio ad 1 Cor. 3, 13. laudati; add. Plato Phaedon. 35.

infinitivum] Xen. Apomn. 4, 3. 6. τὸ δὲ καὶ ὕδωρ ἡμῖν παρέχειν οὕτω πολλῆ ἀξίον, ὡσε καὶ φυτεύειν τὸ καὶ συναύξειν τῇ γῆ κ. τ. λ. cum *indicatio* est apud Isocrat. p. 402. οὕτως ἀλογίως ἔχομεν, ὡσε περὶ τῶν αὐτῶν

αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἔ ταυτὰ γινώσκωμεν. add. Xen. Apomn. 1, 2. 31. *Fischer.* ὡσεὺς *ut, ita ut,* quo significatu locis allatis, et saepius cum *indicatiuo*, legitur, *ut* Aeli H. V. 3, 8. οὕτως ἄρα — ἐκράτησε τῶν παρόντων, ὡσεὺς παραχρῆμα αὐτόν εἶλοντο στρατηγεῖν. *ib.* 12, 30. εἰς τασῶτον δὲ ἄρα Κυρηναῖοι τρυφῆς ἐξώκειλαν, ὡσεὺς Πλάτωνα παρεκάλειν, ἵνα αὐτοῖς γένηται νομοθέτης. Herodo. 2, 120. οὕτω — ὡσεὺς τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι, καὶ τῇ πόλι κινδυνεύειν ἐβέλοντο. *Id.* 6, 27. ἐνέπεσε ἡ σέγη — ὡσεὺς ἀπ' ἑκατόν καὶ εἴκοσι παίδων εἰς μῆνος ἀπέφυγε. add. Aristoph. *Lysistr.* 700. Plutarch. 141. cum *optatiuo*, additā particula *ἂν* Aeschin. dial. 2, 14. ὡς' οὐκ ἂν εἰδὲ ἐξαμαρτάνοι· ea omīssa Xen. Oecon. 1, 13. ὡσεὺς πριόμνος οἶον ἐταίραν, διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶμα ἔχει. *Itaque, ergo, ἔν,* *ut* sequatur *indicatiuus*, Aeschin. dial. 3, 5. ὡσεὺς ἡ τῆ ζῆν ἀπαλλαγὴ κακῆ τινός ἐστιν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή. *optatiuus*, *Id.* 2, 41. ὡσεὺς ἐξ ἀνάγκης ἂν ἡμῖν φαίνοντο οἱ πλεσιώτατοι μοχθηρότατα διακείμενοι· *imperatiuus*, Liban. ep. 27. ὡσεὺς θαρσύνων καὶ ἴδι καὶ γράφε. *vid.* Zeunius ad Viger. p. 541. et Deuarius p. 373. *sqq.* Caeterum in edit. Lipsi. primis verba: *ἐπεὶ* et *ἐπειδὴ* — *uno verbo dicam*, omīssa sunt, in edit. vero Batauis additā leguntur haec: *ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν dicitur absolute συνελόντι supra p. 302.* et praemisso praeepto de vsu coniunctionis ὡσεὺς Lipsi. et Batauae haec adiiciunt: *praecedat.* Sic ὡς etiam cum *infinitiuo* ponitur, *ut* ὡς εἰπεῖν, *ut dicam.* ὡσεὺς ἐπιπίπτειν κ. τ. λ. *Kuip.*

De Syntaxi igitur vocabulorum, Wellero duce, haecenus. Reliquum est, *ut* etiam de re poëtica Graecorum tantum, eo duce, dicamus, quantum a ratione instituti nostri non alienum videri queat. Poterit autem hic omnino a tironibus recte consuli Hephæstionis Enchiridion, a Paulo editum; e recentioribus Christoph.

stophori Kirchneri ignotus quidem vulgo cum ipso auctoris nomine, sed perutilis laborioseque admodum confectus liber, qui Profodia Graeca inscribitur, a. 1644. Basileae quaternis editus, cuius ratio fere eadem est, quae Smetii Profodiae satis notae, nisi quod in eo ipsa poëtarum loca, vnde versus petiti sunt, accurate laudantur; et Godofredi Hermani de metris poëtarum Grr. et Latt. Lipsiae 1796. 8. Neque tamen negligi prorsus debet, praesertim ab iis, qui ipsi carmina pangere velint, Conradi Dinneri Farrago Epithetorum Graecorum, quae vna cum Erasmi Sidelmani, Nordhusani, Profodia Graecorum, exiit octonis Hanouiae a. 1705. vt Neandri, Philippi Labbei, Vuasii, Morellii [thesaurum Graecae Poëseos, cui praemissus est tractatus de Profodia Graecorum, Etonae 1762. 4.] aliorumque non paucorum, in hoc genere libros taceamus. Deinde vero legere studiose harum literarum amatores oportebit animaduersiones, quibus multi doctissimi viri, Musgravius, Valckenarius, Heathius, Toupius, Brunkius, alii, veterum Graecorum poëtarum scripta illustrare ita instituerunt, vt in iis praesertim artis poëticae rationem haberent; cuiuscemodi sunt etiam notae Josuae Barnesii ad Euripidem et Anacreontem, eiusdemque et Clarkii ad Homerum, itemque Pauli ad Calabrum, Aeschylum, Schmidii et Heynii ad Pindarum et alios.

ad pag. 261. ποιεῖν, σίτοιο] Sic in τοῖστος et τοῖσδε υ — υ. Theognis v. 924.: ἐν δὲ τοῖσδε γένοι χρέματ' ἄριστον ἔχεν. vid. nota viri docti ad Eurip. Hec. 1108. in edit. Barnesii.

βέβληαι] Hom. Il. λ', 380. βέβληαι, εἰδ' ἄλιον βέλος ἔκφυγεν· ὡς ὄφελόν τοι.

in fine] Hom. Odyf. α', 41. ὄπποτ' ἂν ἠβήσῃ τὸ καὶ ἡς ἰμείρεται αἴης. ib. 67. ἀθανάτοισιν ἔδωκε, τοὶ ἔρανον εὐρὺν ἔχασιν. ib. 50. νήσω ἐν ἀμφιρύτῃ.
ὄθι

ὄθι τ' ἔμφαλός ἐστι θαλάσσης. ib. 62. τρεοίη ἐν εὐρείῃ; τί νύ οἱ τόσον ἀδύσαο Ζεῦ; Il. α', 398. οἷη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοίγον ἀμῦνα.

ad pag. 262. *in fine* — *consona*] Ea omnia, quae hic traduntur de corripiendis diphthongis *αι* et *οι* sequente consonante, falsa sunt. Nam loci, quos eam in rem Isaacus Casaubonus ad Theocr. p. 125. Reisk. et Salmasius protulere, aut fidei incertae sunt, aut manifesti mendii facile conuinci queunt, vti accurate ostendit et luculenter demonstrauit Bentleius ad Callimachum Jou. 87. et, quum huic se opposuisset Jensius, Arnaldus Animadu. p. 29. sqq. quorum sententiae eruditissimus Doruillius quoque subscribere non dubitauit. vid. Vannus Critica p. 384.

Hom. Il. l, 414.] Vbi pro ἴκωμα Φίλην Bentleius legendum suspicabatur ἴκωμα ἐμήν. Sed Barnesius, Hugonem Grotium secutus, edidit: ἴκοιμι Φίλην. id quod aut ignorasse Arnaldus aut certe dissimulasse videtur.

Hesiod. Theog. 48.] Sed in hoc versu, recte moneute Arnaldo, duae priores syllabae vocabuli αἰοιδῆς, per συνίησιν efferendae sunt, ita vt versus fiat spondaicus. Atque ego quidem cum Ernestio, in Lectionum Callimachiarum specimine plane non video, quare lis inter Bentleium et alios de verbo νοήση apud Callimachum Jou. 87. agitata, non eodem modo componi possit.

πλήγος] Omittuntur haec in editt. nonnullis, tanquam ea quae curata est a. 1731. Rectissime autem in loco Bionis legitur a viris doctis, veluti a Porto in Lexico Dorico, *πλήγος*. nam constat Bionem dialecto Dorica usum esse. Caeterum ὄλβω est genitiuus Doricus pro ὄλβου, non datiuus.

ad pag. 263. *consonantes positionem efficientes*] Quo pertinent χ, φ, θ. nam hae literae aspiratae etiam suas tenues continent, vt κ, π, et τ. vid. Scaliger. ad Eusebium p. 119. et conf. Arnaldus animadu. p. 4.

muta

muta — anticipitem] Vid. Obseruatt. misc. Vol. 3. p. 57. Vol. 4. p. 208. et 218. itemque Mettarius p. 341. Immo omnes Consonantes, a quibus syllaba inchoari possit. vid. Clarkius ad Homer. Il. β', 537.

vocalem breuem] Recte. Conferatur Clarkius, qui de suo more, rectissime monet, nulla vnquam licuisse licentia, vt syllabae eae, in quibus esset vocalis natura longa, si vel vna sequeretur consonans, multo minus si binae, corripenterentur: nisi forte festiuitates Comico- rum nonnullas excipere velis.

κτ] Itemque κν in τέκνον. Vid. Barnesius ad Eurip. Phoeniss. 19. vbi plura id genus vocabula ab eo afferuntur.

ἴχνος] Sic ἴχνευτήρ prima breui est apud Oppian. Cyneg. 1, 76.

Il. i, 382.] Sed obseruat scite Clarkius in poëmate epico, vbi oratio grandis et sublimis esse debeat, et a sermone vulgari quam maxime distet, huiusmodi syllabas multo rarius correptas occurrere, quam in aliis poëmatis.

ἀτραπές] Eschenbachius, post Henr. Stephanum edidit ἀτραπές quae lectio mihi cum Arnaldo, Animadu. p. 84. magis placet, licet Spanhemius ad Callimach. p. 745. alteram, quam se in Aldina editione Orphei reperisse ait, defendat.

χρῆμ' habet] Est, sine controuersia, vera lectio, quam Clericus et alii recte secuti sunt.

ν ante θ] Itemque μ ante θ in vocabulo σαθμός. vid. Barnesius ad Eurip. Phoeniss. 19.

aliunde petantur] Vid. Arnaldus Animaduers. p. 84.

ante solam liquidam] asperio-rem, quae quasi duplex efferri solita sit. Clarkius ad Il. ε', 51.

ἐλώρια] Sic Il. ε', 394. ἐλθῶσ' ἐλυμπόνδε Δία Λίσαι, εἴ ποτε δή τι. Et Il. γ', 214. παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα Λιγέως· ἐπεὶ εἰ πολύμυθος.

ad pag. 264. ὑπὸ μέλος] At Barnesius rescripsit e
v. 54. eiusdem hymni, ὑπὸ καλόν. Hom. Il. α', 233.
ἀλλ' ἐκ τοι ἔρέω, καὶ ἐπὶ Μέγαν ὄρκον ὀμῶμαι. ibid.
454. τήμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.

πολλὰ λισσομ.] Barnesius vero malit legi πολλὰ
ἐλισσομένη, non tam metri, ut ait, quam ipsius senten-
tiae causa.

ante consonantes Ἔσ.] Itemque ante vocales aspi-
ratas, et interdum ante diphthongos quasdam sine spi-
ritu aspero, ut πρὸς οἶκον Πηλῆος. Hom. Il. ι',
147. vid. Clarkius ad Il. α', 51. n. 10. et 11.

δ] Hom. Il. α', 416. ἦσθαί ἐπέε νύ τοι αἴσα μί-
νυνθά περ, ἔτι μάλα Δῆν. ib. 515. ἢ ἀπὸς ἐπ' ἐπέε
ἔ τοι ἐπὶ Δέος ὄφρ' εὔ εἰδῶ.

ἀθανάτος] Hom. Odyf. α', 67. ἀθανάτοισιν ἔδω-
κε, τοὶ ἔρανόν εὐρὺν ἔχουσιν. Il. β', 113. Ἴλιον ἐκ-
πέρσαντ' εὐτείχεον Ἀπρονέσθαι. Il. ε', 684. Πριαμίδη,
μὴ δὴ με ἔλωρ Δαναοῖσιν εἰσσης. Sic δυναμένοιο
Odyf. α', 276.

bonis est ὅστις] Vt Il. ψ', 494.

Virgil. Aen. 12, 709.] Seruius et Cerda ibi legen-
dum contendunt *cernere*, non *decernere*, quod Pierius
malebat, ita ut surnaloepha ista non sit opus.

caesura Ἔσ.] Il. α', 19. ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν,
εὔ δ' οἴκαδ' ἰκέσθαι. ib. 51. αὐτὰρ ἐπεὶ αὐτοῖσι βέ-
λος ἐχεπευκὲς ἐφείε. ib. 45. τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμ-
φηρεφέα τε φαρέτην. Odyf. α', 45. et 81. ὦ πάτερ
ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων.

ad pag. 265. ἡμῖν] Soph. Elect. 359. σὺ δ' ἡμῖν
ἡμισῶσα, μισεῖς μὲν λόγῳ. Sed quando Syllaba poste-
rior brevis esse debeat, aut accentus in priorem retra-
hendus est, aut in posteriore, circumflexi loco acutus
ponendus v. c. ὄντως γὰρ ἐσι πλεσίοις ἀπασιν ἡμῖν
εἶναι Aristoph. Plut. 256. vid. Kusterus et Hemster-
husius ad h. l.

ad pag. 266. *licentia quaedam* poët.] De ea disputat Clarkius ad Il. *α*, 51. ita: *licentia poëtica in hoc uno consistit, non ut syllabarum quantitates confundantur promiscue atque ἀλόγως, quod est per absurdum, sed ut syllabae natura breues, certa quadam positione fiant productae. Non utique hae quidem omnes, neque omni in positu, sed certa quadam et constanti ratione.*

συνίησιν] Clarkius ad Il. *β*, 811. et *ε*, 349. perite monet, eiusmodi contractionem in nominibus propriis multo omnium saepissime, celerrime nimirum pronuntiari solitis fieri.

ad pag. 267. *excipe Φαίδρα, αὔρα*] Schol. Aristoph. ad Ran. 317. *Αὔρα τις Μακροκαταληκτῆι. Τὰ γὰρ εἰς ῥα, εἰ μὲν μονοφθόγγω παραλήγει, μακροκαταληκτῆι, ὡς πῆρα· εἰ δὲ διφθόγγω, βραχυκαταληκτῆι· πλὴν τῆ αὔρα, καὶ Φαίδρα παρ' Εὐρυπίδῃ· Φαίδρα τὸ γὰρ τῆς δ' εἰ προτιμήσω καλόν.* conf. obseruatt. misc. Vol. 3. p. 107.

